
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Sept. 6 1899
R. W. Gibson. Invt.

FUNGI AUSTRIACI

DELECTU SINGULARI

ICONIBUS XL OBSERVATIONIBUSQUE

ILLUSTRATI

AUCTORE

LEOPOLDO TRATTINNICK.

EDITIO NOVA.

Oesterreichs Schwämme

in

einer Auswahl

durch

vierzig Abbildungen und Beobachtungen

beleuchtet

von

Leopold Trattinnick.

Neue Ausgabe.

Wien.

In Carl Gerolds Buchhandlung.

1830.

BOTANICAL GARDEN NEW YORK

Seiner Wohlgebohren

dem

um die Menschheit und den Staat wohlverdienten

Fürstlich Batthyanischem Hofrathe

Herrn Joseph Edlen von Wenin.

Einem

unserer einsichtsvollsten und thätigsten Landwirthe,

Der,

unter so vielen nützlichen Einrichtungen, die ihm ihr Daseyn verdanken,

sich vorzüglich

durch die Anlage beträchtlicher Waldungen

und die

Errichtung ansehnlicher Schäfereyen der feinsten spanischen Zucht

Die dankbare Achtung

seiner Zeitgenossen und der Nachkommenschaft erworben hat,

Dessen anspruchslose Verdienste

die einsichtsvolle, große, und unvergeßliche Monarchinn

Maria Theresia

aus eigenem Antriebe mit der goldenen Ehrenmedaille,

und

Franz der Zweyte

mit dem Adel belehnt hat.

Seinem

verehrungswürdigen Schwiegervater und Freunde

widmet diese Blätter,

deren schöner Zweck ist, über einen bisher ziemlich dunkeln, und doch sehr wichtigen Theil des Pflanzenreiches nützliche Aufklärung zu verbreiten, und eine nicht unbeträchtliche Quelle des Unglücks von der Menschheit zu entfernen,

als ein kleines Merkmahl seiner innigsten Hochachtung

der Verleger.

I. AGARICUS (PRATELLA) CAMPESTRIS. PERS.

Agaricus campestris pileo carnoso planiusculo rufo-squammoso, lamellis rubescente fuscis, stipite brevi; annulo incompleto. Persoon Synops. fung. P. II. p. 418. — Ejusd. Commentarius p. 13.

Agaricus campestris Linn. Syst. veg. p. 975. Ejusd. Sp. pl. p. 1641. Schaeffer Icones fung. Tab. 33. Host. Synopsis p. 638. Schultes Oesterr. Fl. II. Thl. p. 192.

Agaricus edulis; Boulliard Herbier Tab. 134.

1. Champignon.

Gemeiner Champignon, Gartenchampignon, Gartenpilz, Miſtbeetſchwamm, Herrenſchwamm, Tafelſchwamm, Feldblätterſchwamm, Feldpilz, Erdgürtel, Ehegürtel.

Definitio.

Pratella Mycelio distincto, byssoideo, candido, subterraneo terram compingente, hinc inde Ganglia formante, ex quibus Encarpia pullulant.

Encarpii stipite crasso, albo, annulato, pileo convexo, carnoso, albido, subsquammoso, squammis adpressis umbrinis, lamellis griseo-rubicundis inaequalibus.

Descriptio atque Historia.

Filamenta byssoidea, Mycelium constituentia, tenuissima, modo simplicia, modo conjuncta terram omni directio-

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs unterſcheidend, byſſusartig, hellweiß, unterirdiſch, die Erde verbindend, hier und da Knotenverwickelungen bildend, aus welchen die Fruchtkörper hervor quellen.

Der Fruchtkörper hat einen dichten, weißen, mit einem Ringe verſehenen Strunk, einen gewölbten, fleiſchichten, weißlichten, etwas ſchuppichten Hut, mit feſt anliegenden umberfarbigen Schuppen, und graurôthlichen ungleichen Lamellen.

Beſchreibung und Geſchichte.

Die byſſusartigen Fäden, welche das Schwammgewächs ausmachen und überaus zart ſind, durchkriechen die Erde bald einzeln,

ne perreptant, nunc filamentorum nerveorum more lateraliter cohaerent, nunc se dividunt, anastomosant, se circumeunt, constringunt, divergunt et iterum redeunt et in toto decursu praecipue filamentorum majorum ramulos laterales dimittunt tandem adeo tenues, ut nequidem Microscopio composito ad usque terminos prosequi et distingui possint. Ubi plura talia filamenta tenuissima conveniunt ex diversis directionibus, ibi plexus nascitur Gangliis nervorum non absimilis, i. e. diversimode concrescunt, intricantur, complicantur. Impetu tandem organico perdurante, exinde oritur tuberculum illis Lichenum quodammodo simile et adeo analogum ut merito pro flore vel floris vices fungente organo habeatur. Hoc tuberculum pro ratione caloris et nutritionis citius tardiusve increscit ex puncto oculo nudo vix conspicibili ad usque perfectam Encarpii magnitudinem.

Encarpium constat stipite, pileo ac lamellis. Stipes 2 ad 3 uncias longus.

bald in Verbindung mit einander nach allen Richtungen, bald hängen sie, fast wie Nervenfäden, der Länge nach an einander, bald theilen, anastomosiren, umzingeln und umschlingen sie sich, weichen sich aus und kommen wieder zusammen, und geben bey dem ganzen Verlaufe, besonders der stärkeren Faden, Seitenästchen von sich, welche sich nach und nach in so feine Fasern zertheilen, daß man ihre letzten Endungen selbst mit Hülfe eines zusammen gesetzten Microscops nicht mehr erkennen kann. Wo dann mehrere solcher Faden von mehreren Seiten her zusammen fließen, dort entsteht ein Geflecht, nicht unähnlich den Nervenknoten, d. i. sie wachsen verschiedentlich zusammen, verweben und verwickeln sich. Wenn nun der Trieb der Lebenskraft noch mit gleicher Kraft zu wirken fortfährt, so entstehen Knöpfchen darin, ungefähr wie bey den Flechten, und die Analogie zwischen beyden ist auch in der That so groß, daß man diese Knötchen wohl für nichts anderes, als für die Blumen oder sonst für etwas, das die Stelle der Blumen vertritt, erklären kann. Aus einem Pünctchen, das man mit bloßem Auge kaum gewahr wird, wächst sodann dieses Knötchen in die bestimmten Gränzen des Fruchtkörpers aus, und zwar desto schneller oder langsamer, je nachdem der Reitz der Wärme und das Maß der Ernährung stärker oder geringer ist.

Der Fruchtkörper besteht aus dem Strunke, dem Hute und den Lamellen. Der Strunk ist

plus quam dimidiam crassus, integer, carnosus, mediocriter rigidus rectus, centralis, cylindricus, basi rotundatus, interne candidus, micaceo-carnosus compactus, pulpae malorum quodammodo similis, externe albus, vestitus filamentis verticalibus tenuissimis adpressis, munitus annulo concolori lacero orto ex dilaceratione Epicarpii seu membranae ante plenariam expansionem totum Encarpium vestientis et nunc pro parte ad marginem pilei, partim ad stipitem visibilis, quem parte sua inferiori arcte circumdat ut itaque stipes quasi peronatus dici mereatur. Superne transit in substantiam pilei plus minus convexi, pro ratione expansionis, 3 ad 4 uncias lati, vestiti Epicarpio albido, subsquammoso, squammis adpressis dilute umbrinis subvillosis irregulariter dispositis rariusculis. Epicarpium sub periodo destructionis hinc inde disrumpit et sponte secedit, sed et jam antea uti etiam lamellae haud difficulter a pileo separari potest. Lamellae numerosae grate rubescunt, griseo quodam colore suffuso, quo semper magis obscurantur pro eo, quo provectior est aetas Encarpii, undique irroratae polline seminali Hymenium obtegente, duplicis seriei, quarum majores ad basin

2 bis 3 Zoll lang, über einen halben Zoll dick, ganz, fleischig, mäßig steif, gerade, centralisch, cylindrisch, an der Basis abgerundet, inwendig hellweiß, glimmerigfleischig, fest, fast wie Apfelfleisch, äußerlich weiß, bekleidet mit senkrechten überaus feinen anliegenden Fäden, nebst einem gleichfarbigen zerschlissenen Ringe, welcher aus der Zerreissung des Fruchthäutchens entsteht, einer Bedeckung, welche vor der letzten Entwicklung den ganzen Fruchtkörper umkleidet, und die nun zum Theil am Rande des Hutes, zum Theil am Strunke sichtbar ist, welchen letztern sie auch noch jetzt am ganzen Untertheile bekleidet und fest umgibt, so daß also der Strunk einiger Maßen ein gestiefelter Strunk genannt werden könnte. Oben verliert er sich in die Substanz des Hutes, welcher nach Verschiedenheit seiner Entwicklung bald mehr bald weniger gewölbt, 3 bis 4 Zoll breit, und mit einem weißlichten Fruchthäutchen umgeben ist, auf welchem sich zerstreute, licht umberfarbene, fast zottige und fest anliegende Schuppen befinden. Im Zustande des Absterbens zerspringt das Fruchthäutchen hier und da, und erhebt sich vom Hute; indessen kann es eben so wohl als die Lamellen auch schon früher vom Hute ohne viele Mühe abgelöst werden. Die zahlreichen Lamellen sind angenehm röthlich, mit etwas Grau gemischt, sie werden immer dunkler, je älter der Schwamm wird, und ihre Samenhaut ist allenthalben mit dem feinen Samenstaube bereifet. Diese Lamellen sind von

pilei oriuntur, nullibi tamen cum stipite cohaerent, omnes vero ad marginem pilei usque porrigunt.

Amabilis infantia Encarpium hujus fungi distinguit corpusculo grate infarcto, encephalo globoso stipitem abbreviatum parumper superante, velo alte obtegente omnia attributa sexuum propinquae mortis adulatorios nuntios. Sic pueri gracili sua ineptia et jucunda plenitudine amores sibi conciliant aliorum, sic tenerae aetatis aspectus et nostros animos ad hilaritatem invitat, quod non ingrati affectus depravatio, neque curarum molestissimarum reminiscentia, sed innocentis felicitatis imago atque naturalis integritatis elegantia nobis ideam inspirant beatitudinis, qua frui videntes credimus ipsi frui.

Frequens hic fungus nascitur subgregarius per totam Europam et verosimiliter in omnibus mundi partibus in hortis culinariis, in vineis, pratis et pascuis, rarius in sylvis ubi stercora equina vel asinina putredine semiconsumpta terram illius generationi ac nutritioni aptam reddiderunt. Variat magnitudine et colore pilei plus mi-

zweyerley Länge; die größeren entspringen an der Basis des Hutes, hangen aber doch nirgends mit dem Strunke zusammen, sie enden insgesammt am Rande des Hutes.

Der Fruchtkörper dieses Schwammes ist vor seiner Entwicklung durch ein gewisses kindisches Aussehen ausgezeichnet, welches allerdings beyträgt, ihn beliebt zu machen; sein kleiner Strunk ist auf eine gewisse Weise artig verdickt, sein Köpfchen kugelrund und noch etwas dicker, ein dichter Schleyer verhüllet mit jungfräulicher Schamhaftigkeit alle die Attribute der dem Tode entgegenreifenden Mannbarkeit. So erregt die liebenswürdige Ungeschicklichkeit der Kinder und ihre freudige Völle unser herzliches Wohlwollen, so ermuntert uns der Anblick der zarten Jugend, die noch unentstellt von der Wuth der Affecten nicht zum Ideal des bleichen Kummers geeignet, in unserer Seele die Vorstellung einer unschuldigen Glückseligkeit, einer unverstümmelten natürlichen Eleganz und einer Heiterkeit erwecket, die wir so ganz mit empfinden, indem wir jene im vollen Genusse derselben erblicken.

Dieser gar nicht seltene Schwamm wächst, zum Theil gesellschaftlich, durch ganz Europa, und wahrscheinlich in allen Welttheilen, in Küchengärten, Weingarten, auf Wiesen und Viehweiden, seltner in Wäldern, wo immer Pferde- oder Eselmist halbverfault mit der Erde vermengt sind, und dieser den Nahrungsstoff zur Erzeugung der Schwämme mittheilen. Seine Abänderungen bestehen in der Größe und in der heueren oder

nus umbrino. Admodum affinis est et alia species, *Pratella edulis* Pers. et valde dubitandum, numne Floristae plures hanc in mente habuerint, de Pratella (*Agarico*) campestri disserentes? Et revera Pratellae campestris Encarpia sponte nata, ad observationes frequentissimas, eo magis accedunt ad formam Pratellae edulis, quo magis eorum locus natalis et reliquae circumstantiae discedunt ab illis, sub quibus et in quo colitur pratella campestris, scilicet, quo minor est proportio fimi caballini, quo minor, quo minus constans gradus temperaturae et humidi vaporis retentio et tandem quo magis exponuntur solis radiis. Interea tamen Pratella edulis multis notis characteristicis differt a campestri et jam sub alio nomine (Kugemuken apud Nostrates) in foris publicis vendi consuevit. Quapropter et ego hanc in futurum ut speciem propriam describam, arteque imitari curabo.

Pratella campestris, Nostratibus Champignon dicta, publice venditur et pertinet ad victualia et materias culinarias praecipuas. Odor hujus fungi jam illius Mycelio proprius, quod Hortulani Champignon-Erde appellant, quae bene distinguenda est ab

dunkleren Farbe des Hutes. Sehr nahe verwandt mit ihm iſt die Pratella edulis des Persoon, und es iſt kaum zu zweifeln, daß ſo manche Verfaſſer irgend einer Flora dieſe Art gemeint haben, da ſie doch den Champignon genannt haben. In der That, ich habe es vielmahls beobachtet, der Fruchtkörper des echten Champignon, ſo fern er freywillig wachſend geſammelt wird, nähert ſich in ſeinem ganzen Ausſehen immer deſto mehr der Geſtalt der Pratella edulis, je mehr ſein natürlicher Standort und die übrigen Umſtände von denjenigen verſchieden ſind, unter welchen man ihn künſtlicher Weiſe zu erzeugen pfleget, nähmlich: je weniger Pferdemiſt vorhanden war, je geringer, je unbeſtändiger der Grad der Temperatur, je weniger Zurückhaltung der feuchten Dämpfe, und endlich je freyer die Einwirkung der Sonnenſtrahlen war; deſto ſtärker war auch dieſe Abweichung. Unterdeſſen iſt doch die Pratella edulis vom Champignon durch einige auffallende Charaktere verſchieden, und wird auch unter einer andern Benennung (bey uns Kugemucken) zu Markte gebracht. Ich will ſie daher ebenfalls in der Folge als eine eigene Art abhandeln, und in einer getreuen Darſtellung liefern.

Der Champignon, welcher hier zu Markte gebracht wird, gehöret zu den vorzüglicheren Victualien und Küchenmaterialien. Sein Geruch iſt ſchon am Schwammgewächſe bemerkbar, welches die Gärtner Champignon-Erde nennen. Man muß dieſe Champignon-Erde nicht mit der Pietra Fungaja des Michelius verwechſeln, aus

illa Pietra fungaja Micheli, ex qua nascitur Encarpium Boleti Tuberastri. Gratius tamen suaveolent Encarpia ipsa, praecipue illa, in quibus Epicarpium a stipite vix discessit. Hic odor specificus est, terrestris quidem, at simul farinae triticeae et Rosae albae gratia ita mixtus, ut omnium laudes et existimationem jam ex ea sola causa capere deberet, etsi gustui minus deliciosa praeberet cupedia, quam revera exhibet.

In culinis ambrosiacus iste fungus adhibetur ad juscula, condimenta, artocreata aliasque escas molliculas et cum butyro, carne gallinaceo, ovino, vel etiam cum piscibus, testudinibus et ranis additis corticibus Citri medicae vel floribus Cariophylli aromatici concoctus. fercula primatum et divitum ornat, unde etiam non immerito hic alibi Herrenschwamm nominatur. Alii cum aceto et oleo praeparant, et cum pulpa hujus fungi admodum compacta sit et solida, certo certius etiam isthaec manipulatio commendationem meretur. Plurimi solent, nescio qua de caussa, lamellas exscindere, vel etiam Epicarpium detrahere, deinde pulpam in taleolas scindunt, cum aqua fervente infundunt, vel aëri et soli expo-

welcher die Fruchtkörper des Boletus Tuberaster entstehen. Angenehmer als jene riechen indessen doch immer die Fruchtkörper, oder die Champignons selbst, besonders jene, an welchen das Fruchthäutchen so eben aufgesprungen ist. Dieser Geruch ist von einer ganz eigenen Art, er ist zwar erdicht, allein er hat auch zugleich die Annehmlichkeit des Waizenmehles und der weißen Rose bey sich, so daß er schon allein hinreichen würde, dem Schwamme den ungetheilten Beyfall zu verschaffen, wenn derselbe auch nicht zu so köstlichen Speisen tauglich wäre, als man doch wirklich damit bereitet.

In den Küchen bedient man sich dieses so wohlschmeckenden Schwammes zu Brühen, Eingemachten, Pasteten und anderen delicaten Gerichten, in Verbindung mit Butter, Hühnerfleisch, Lämmerfleisch, oder wohl auch mit Fischen, Schildkroten und Fröschen, man würzt sie mit Limonschalen oder mit Gewürznelken, und füllet nach dieser Zubereitung mit selben die Schüsseln der Vornehmen und der Reichen, daher auch dieser Schwamm nicht ohne Grund hier und da der Herrenschwamm heißet. Andere bereiten sich daraus eine Art von Saliat mit Essig und Baumöhl, und da das Fleisch dieses Schwammes so derb und kernig ist, scheint auch allerdings eine solche Zubereitung nicht unangenehm zu seyn. Sehr viele pflegen, ich weiß nicht aus was für einer Ursache, die Lamellen und das Fruchthäutchen weg zu nehmen, hernach zerschneiden sie sein Fleisch in kleine Spalten, und brühen es mit sie-

sitas exsiccant et in usus posteriores diutissime conservant. Quod majoris momenti est, bene observandum venit, ut fungus seu Encarpium hujus fungi in eodem statu aetatis sit optimum, quo artifex illud exhibuit, scilicet paullo post disruptionem Epicarpii illiusque separationem ab annulo. Si magis dilatatus est pileus, et fungus jam senescere incipit, tunc plerumque pulpa insectis inhabitata et sanitati periculosa est.

Pretium fungi hujus spectabile sed et maxime diversum est. Nonnunquam adeo carus est ut vix aliquid e regno vegetabili, multo minus ex Familia fungorum sciam, quod illi par esset, ne quidem Tubere cibario excepto: et sunt hortulani, qui ex cultura Pratellae campestris ingentes traxere divitias. Vilissimi pretii sunt Augusto et Septembri, quia tunc ubique spontanee crescunt, et quia tot aliarum specierum gratissimarum Mycophagis his mensibus abundantium offeruntur.

Jam modo in commodum illorum, qui Mycolgum ignoratiam metuunt *)

dendem Waſſer an, oder ſie dörren dieſe Spältchen in der Luft und an der Sonne, und bewahren ſie ſehr lange zum ſpätern Gebrauche auf. Wichtiger iſt die Erinnerung, die ich Jedermann wohl im Gedächtniſſe zu behalten bitte, daß nähmlich dieſer Schwamm oder ſein Fruchtkörper in jenem Zuſtande des Alters am beſten zu gebrauchen ſey, in welchem ihn der Künſtler hier liefert, nähmlich wie ſo eben der Hut vom Strunke ſich entfernet. Iſt dieſer einmahl ſchon mehr erweitert, und fängt der Schwamm an zu altern, ſo iſt meiſtens ſein Fleiſch auch ſchon von Maden bewohnt, und kann leicht der Geſundheit nachtheilig werden.

Der Preis dieſes Schwammes iſt nahmhaft, jedoch auch äußerſt ungleich. Zuweilen iſt er ſo theuer, daß ich im ganzen Gewächsreiche, vielweniger in der Familie der Schwämme, etwas Gleiches entgegen zu ſtellen wüßte, ſelbſt die Trüffeln nicht ausgenommen; und es gibt Gärtner, welche ſich durch die Cultur des Champignons ungeheure Reichthümer erworben haben. Am wohlfeilſten ſind ſie im Auguſt und September, weil ſie dann überall freywillig wachſend gefunden, und weil noch ſo viele andere delicate Schwämme ihren Verehrern um dieſe Zeit zu Markte angebothen werden.

Nun will ich zum Beſten derer, welche die Unwiſſenheit der Schwammſammler fürchten *),

*) Celeberrimus Gaertner et socii in opere suo egregio Flora der Wetterau severe monent et pro infallibili nota omnium fungorum venenma-

*) Die berühmten Verfaſſer der Flora der Wetterau empfehlen als ein untrügliches Mittel um ſich vor der Schwammvergiftung zu bewahren,

et quidem juste metuunt, nimis frequentibus historiunculis tragicis perterriti, a Pratella campestri alios subsimiles fungos tutissime distinguere docebo. Hos vero ex sola Agaricorum familia eligendos esse puto, quum vix possibile videatur, ut aliquis Lycoperdonem vel Boletum hujus loco Pratellae adferat: nam si hoc metueremus, vix unica fungi species superesset, quae non pari ineptia suscipi posset pro illa. Ex Agaricorum vero familia sequentes ita comparare licebit:

Amanita spadicea differt (scilicet a Pratella campestri!) stipite altiori, tenuiorique, volva, defectu veli annulique, lamellis albis.

Amanita virgata differt volva, annuli defectu, pileo piloso, conico vel campanulato margine rimoso.

und zwar mit allem Rechte fürchten, erschreckt durch eine nur allzugroße Menge tragischer Begebenheiten, einen kurzgefaßten Unterricht mittheilen, wie man gewisse ähnliche Schwamme am sichersten von dem echten Champignon unterscheiden solle. Ich glaube aber, daß ich meine Auswahl nur aus der Familie der Blatterschwämme zu treffen habe, weil es mir fast unmöglich vorkommt, daß jemand einen Bauch- oder Löcherschwamm damit verwechseln sollte: denn wenn wir dieses besorgten; so wäre wohl kein einziger von allen Schwämmen so sehr unterschieden, der nicht eben so wohl zu einem ähnlichen Verstoße verleiten konnte. Aus der Familie der Blatterschwämme würden denn also folgende vom Champignon zu unterscheiden seyn:

Der braune Fliegenschwamm unterscheidet sich vom echten Champignon durch einen längeren Strunk, welcher zugleich dünner ist; durch einen sehr deutlichen Wulst, durch den Mangel des Ringes u. des Schleyers u. durch weiße Lamellen.

Der Treibhaus-Fliegenschwamm unterscheidet sich durch einen Wulst, durch den Mangel des Ringes, durch einen haarigen kegelförmigen oder glockenförmigen, am Rande rissigen Hut.

---

torum vendunt ex [illegible]rimentum toties instituendum, quoties fungos concoquimus, ut nempe vel Cepam decorticatam vel cochleare argenteum ollae immergamus, in qua fungi praeparantur et si vel Cepa vel cochleare [illegible] nigrescit, [illegible]

man solle, so oft man Schwämme kochet, entweder eine geschälte Zwiebel oder einen silbernen Löffel in den Topf legen, in welchem sie zubereitet werden. Wird nun der Zwiebel bläulich oder der Löffel schwärzlich, so sey es gewiß, daß sich vergiftete Schwämme unter den übrigen befinden.

Amanita caesarea d. magnitudine spectabili, stipite flexuoso, inferne incrassato, pileo aurantiaco piloso.

Der Kaiſerling unterſcheidet durch ſeine anſehnliche Größe, durch den gebogenen Strunk, welcher unten verdickt iſt, und durch den pomeranzenfarbigen haarichten Hut.

Amanita rubescens d. Volva, stipite inferne incrassato, pileo rubescente, valde verrucoso, lamellisque albis.

Der warzige Fliegenſchwamm unterſcheidet ſich durch den Wulſt, durch ſeinen unterhalb verdickten Strunk, durch den ſchönen rothen warzigen Hut und die weißen Lamellen.

Amanita muscaria d. Volva, stipite basi incrassato, pileo aut verrucoso aut coccineo, lamellis albis.

Der gemeine Fliegenſchwamm unterſcheidet ſich durch einen Wulſt, einen unten verdickten Strunk, einen entweder warzigen oder carmeſinrothen Hut und weiße Lamellen.

Amanita citrina d. Volva, stipite basi incrassato, lamellis albidis.

Der gelbe Fliegenſchwamm unterſcheidet ſich durch den Wulſt, den unterhalb angeſchwollenen Strunk und weißlichte Lamellen.

Amanita aspera d. stipite basi incrassato volvato, pileo rubescente verrucoso, lamellis albis.

Der rauhe Fliegenſchwamm unterſcheidet ſich durch einen unten verdickten wulſtigen Strunk, einen röthlichen warzigen Hut und weißlichte Lamellen.

Cortinaria turbinata d. stipite basi tuberoso, annuli velique defectu, pileo dilatato viscido fulvo-ferrugineo.

Der kreiſelförmige Blätterſchwamm unterſcheidet ſich durch einen am Grunde knolligen Strunk, durch den Mangel des Rings und des Schleyers, und einen ſehr breiten ockergelben Hut.

Cortinaria collinita d. stipite elongato strictissimo squammis cartilagineis notato, cortina fusca, pileo umbonato viscoso.

Der ſchuppichte Stiefelſchwamm unterſcheidet ſich durch einen verlängerten ſehr geraden Strunk, welcher mit knorpeligen Schuppen bekleidet iſt, durch einen braunen Vorhang und einen benabelten klebrigen Hut.

Cortinaria violaceo-cinerea d. stipite basi incrassato violescente, defectu

Der bläulicht graue Blätterſchwamm unterſcheidet ſich durch einen unterhalb knolligen,

annuli, pileo coerulescente, velo s. Epicarpio pilei araneoso.

violetten Strunk, durch den Mangel des Ringes, durch einen blaulichten Hut und einen Spinnegewebartigen Ueberzug.

Cortinaria cyanea d. stipite tuberoso, defectu annuli, pileo, lamellis stipiteque extus coerulescentibus.

Der violette Blätterschwamm unterscheidet sich durch einen knolligen Strunk, durch den Mangel des Ringes, durch die blaue Farbe aller äußerlichen Theile.

Cortinaria viscida d. stipite variegato, pileo fusco, viscoso splendente, lamellis albidis.

Der klebrige Stiefelschwamm unterscheidet sich durch einen scheckigen Strunk, einen braunen klebrigen glänzenden Hut und weißlichte Lamellen.

Cortinaria glaucopus d. stipite basi incrassato, externe interneque plus minus coerulescente vel fusco, pileo brunneo, lamellis albidis vel coerulescentibus.

Der blaufrunkige Blätterschwamm unterscheidet sich durch einen unten verdickten äußerlich und innerlich blauen oder braunlichten Strunk, weiß- oder blaulichte Lamellen.

Gymnopus fertilis d. stipite nudo, lamellis arescentibus, pileo cinerascente, margine undulato.

Der fruchtbare Blätterschwamm unterscheidet sich durch einen ganz nackten Strunk, verderrende Lamellen, einen aschfärbigen, am Rande wellenformigen Hut.

Gymnopus sinuatus d. stipite basi incrassato nudo, pileo majori sinuato albido rufescente.

Der gekrauselte Nackfuß unterscheidet sich durch einen an der Basis verdickten nackten Strunk, durch einen größeren, buchtigen, weißlich-röthlichten Hut.

Lactiflus pyrogalus d. stipite abbreviato, pileo plano latissimo, fuligineo-livido, lamellis lactescentibus.

Der brennende Milchschwamm unterscheidet sich durch einen abgekürzten Strunk, einen ebenen sehr breiten, rußfarbig-schwarzblauen Hut und milchtriefende Lamellen.

Lactiflus piperatus d. stipite nudo, lamellis pallidis, lactescentibus, pileo tandem infundibuliformi.

Der Pfefferling unterscheidet sich durch einen nackten Strunk, blasse milchtraufende Lamellen und einen zuletzt trichterförmigen Hut.

Lepiota radicata d. stipite apertissi-

Der Wurzelschwamm unterscheidet sich

me peronato, radicato, firmo, Epicarpio stipitis apertissime squammoso, pileo duro latiori.

Lepiota procera d. stipite elongato, annulo mobili, pileo umbonato squammoso, lamellis albidis.

Pratella aeruginosa d. stipite elongato, squammoso, annulo fugaci, fusco, pileo aeruginoso glutinoso.

Pratella edulis d. stipite subbulboso longiori, toto encarpio externe et interne magis fuscescente, pileo laeviori, lamellis obscurioribus, odore minus grato.

Certissima cautio illorum est, qui non alia suscipiunt Encarpia, quam quae auxilio artis in Viridariis vel cellariis studio hortulanorum enata sunt ex terra supra dicta Mycelio hujus Pratellae percursa.

Nunc itaque breviter explicanda erit cultura artificialis Pratellae campestris. Plerique apud nos hortulani in Viridariis vel cellariis receptacula conficiunt 3 pedes circiter alta et 4 ad 6 pedes lata; haec mense Octobri fimo caballino vetusto nec tamen penitus refrigerato, intermixto stramine referciunt et saepius per 8 vel 14 dies

durch einen sehr stark gestiefelten, steifen, bewurzelten Strunk, und einen stark beschuppten harten, sehr breiten Hut.

Der große Steifschwamm unterscheidet sich durch einen sehr langen Strunk, einen beweglichen Ring, einen benabelten schuppichten Hut und weißlichte Lamellen.

Der hellgrüne Blätterschwamm unterscheidet sich durch einen verlängerten schuppichten Strunk, einen vergänglichen braunen Ring, und einen spangrünen leimichten Hut.

Die Kugemuke unterscheidet sich durch einen fast zwiebelartigen längeren Strunk, durch die so wohl äußerlich als innerlich dunklere Farbe des ganzen Fruchtkörpers, durch den glatteren Hut, die dunkleren Lamellen und den minder angenehmen Geruch.

Am vorsichtigsten handeln immer jene, welche keine anderen Schwämme kaufen, als solche, die in Gewächshäusern oder in Kellern durch die Kunst erzeugt worden sind, nähmlich aus der oben genannten Schwammerde des Champignon.

Hier dünkt mich ist also der Ort, eine kurzgefaßte Anleitung zur künstlichen Erzeugung der Champignons zu entwerfen. Die meisten unserer Gärtner verfertigen in ihren Gewächshäusern oder Kellern Kisten von beyläufig 3 Fuß Tiefe und 4 bis 6 Fuß Breite; diese füllen sie im October mit altem, jedoch noch nicht gänzlich abgekühltem, Pferdemiste mit untergemengtem Stroh, und thun 8 bis 14 Tage hinter einander noch so

tantum addunt, quantum in parte superiori receptaculi vacuum factum fuit spontanea fimi constipatione. Tandem vero strato 3, 4 pollices alto terrae fimetariae tenuissimae cooperiunt, sub qua hinc inde frustula terrae fungosae seu Mycelii conservati sparsa sepeliunt. Haec fimetaria toties aqua nitro impraegnata conspergunt, quoties superficies terrae arescere incipit, res, quae rutina s. usu atque exercitio melius quam verbis edisci debet. Praeterea, praesertim initio per aliquot hebdomadas totum receptaculum mattis scirpeis vel asseribus tegunt, ut vapores humidi et calefacientes eo melius retineantur. Quando tandem encarpia ipsa erumpunt, assiduo curant, ut omnia heterogenea fungosa exordia citissime secernantur et ne excipiendis ipsis encarpiis Mycelium laedant extrahantve, scilicet matricem, sine qua frustranea foret omnis opera. Cum ferre cistae desinunt, terram hanc fungosam studio excipiunt et magnis portionibus in loco sicco, nec tamen soli vel aëri libero exposito conservant, donec arcas suas recens fimo et terra completas atque ad novam Pratellae campestris generationem praeparatas habeant renovatasque. Qui Pratellam campestrem, sin-

viel dazu, als ſich von Zeit zu Zeit durch die Verweſung geſetzt hat. Endlich aber bedecken ſie das Ganze mit einer 3 bis 4 Zoll dicken Schicht von der feinſten Miſtbeeterde, worunter ſie hier und da Stückchen der Champignon-Erde oder des Schwammgewächſes veraraben. Dieſe Miſtbeete beſprengen ſie ſo oft mit Waſſer, worin Salmiter aufgelöst iſt, ſo oft als die Oberfläche der Erde anfängt dürre zu werden, eine Sache, welche durch Uebung und Erfahrung weit beſſer erlernt werden mag, als durch alle Erklärungen. Ferner bedecken ſie, beſonders Anfangs, das ganze Behältniß mit Rohrmatten oder Bretern, damit die feuchten und warmen Dämpfe deſto beſſer beyſammen erhalten werden. Wenn nun endlich die Fruchtkörper ſelbſt zum Vorſchein kommen; ſo ſind ſie ſorgfältig bedacht, daß alle fremdartigen Schwammanfänge bey Zeiten vertilgt, und daß durch die Abnehmung der Fruchtkörper das Schwammgewächs nicht mit heraus gezogen oder verletzt werde, als welches der eigentliche mütterliche Körper iſt, ohne deſſen Exiſtenz alle Mühe vergeblich ſeyn würde. Wenn dann die Kiſten zu treiben aufhören, ſo nehmen ſie dieſe Schwammerde vorſichtig heraus und heben ſie an einem trockenen Orte auf, wohin jedoch weder die Sonne, noch die freye Luft einen Zutritt findet, bis ſie wieder ihre Behälter neuerdings mit Pferdemiſt und Erde gefüllt, und zur neuen Erzeugung der Champignons vorbereitet haben. Will jemand der Seltenheit halber dieſe Schwämme in Garten-

gulari quodam animi affectu ducti, in ollis videre et per aliquot dies more aliarum plantarum ad fenestras habere cupiunt, iis necessarium est ollam cum pauco fimo caballino, et terra fimetaria, intermixta fungosa, strato superius memorato immergere et tamdiu quiescentem relinquere, donec Encarpia desiderata erumpant. Tum vero ollam excipiant, et pro lubitu transferant, quo placebit.

Celeberrimus Fr. G. Dietrich in Dictionario suo rei hortulanariae ac Botanices T. I. pag. 158 novum docet modum, Pratellam campestrem educendi experientia propria confirmatum; qui cum reliquis omnibus et simplicitate et utilitate praeferendus videatur, silentio minime praeteriri debet. Paratur stratum ex fimo caballino 6 ad 8 pedes latum, tegiturque terra fimetaria; huic secundum imponitur stratum et tertium et quartum et ulterius ita tamen; ut stratum superius semper sit angustius quam inferius proximum, utque totum denique exoriatur colliculum, tectui domus simile cum duobus planis angulo recto inclinatis. Hujus colliculi stratis terrestribus undique immiscetur terra fungosa matrix, et caeterum observantur omnia illa, quae mox de cultura in

töpfen vor ſeinen Fenſtern haben; ſo muß er dieſe Töpfe mit etwas Pferdemiſt und Miſtbeeterde nebſt der Champignon-Erde gefüllt in die oben genannte Schicht eingraben, und dort ſo lange ruhig ſitzen laſſen, bis die verlangten Fruchtkörper zum Vorſchein kommen. Alsdann nimmt man die Töpfe heraus, und ſtellt ſie hin, wohin es gefällig iſt.

Der berühmte Friedr. Gottl. Dietrich lehret uns in ſeinem Wörterbuche der Gärtnerey und der Botanik, (im I. Bande S. 158) eine neue auf ſeine eigene Erfahrung gegründete Methode die Champignons zu erzeugen. Ich glaube dieſe nicht mit Stillſchweigen übergehen zu dürfen, da ſie alle die übrigen an Einfachheit und Nützlichkeit übertrifft. Man legt eine Schichte Pferdemiſt 6 bis 8 Fuß breit auf den Erdboden, und bedeckt ſie mit Miſtbeeterde, darauf kommt eine 2te, 3te und 4te ähnliche Lage u. ſ. w., jedoch mit dieſem Unterſchiede, daß eine jedwede obere Schichte immer ſchmäler werde, als die nächſt vorher gelegte untere, daß alſo eine Art von Hügel entſteht, in Geſtalt eines Daches mit 2 ſchiefen Flächen in einer rechtwinklichten Richtung gegen einander. In die Erdſchichten ſteckt man an der Oberfläche allenthalben Stückchen von der mütterlichen Champignon-Erde ein, und im übrigen beobachtet man das Nähmliche, was kurz vorher von der Cul-

aeris memorata fuerunt. Hac ratione non modo plures obtinentur fungi, sed etiam sumptus longe minores sunt, quod facile quivis capiat, oportet.

De Agarico Pratella campestri lege ulterius:

tur dieses Schwammes gesagt werden ist. Man wird leicht begreifen, daß auf diese Art nicht allein die Kosten der Erzeugung geringer sind, sondern auch mehr Fruchtkörper erzielt werden.

Vom Champignon sind weiter nachzulesen:

Linné vollständiges Pflanzensystem nach Houttuyns Anleitung XIII. Theil, 1ter Band pag. 41 seqq.

Humboldt Florae Fribergensis specimen pag. 80.

Gärtner ökonomisch-technische Flora der Wetterau, III. Band, 2te Abtheilung pag. 319 seqq.

Ellrodt Schwammpomona, 1tes Heft, pag. 49 seqq.

Dietrich, vollständiges Lexicon der Gartnerey und Botanik, 1ter Bd. pag. 136 seqq.

Remer Encyclopädie für Gartner und Liebhaber der Gärtnerey, 1ter Bd. 1te Abtheilung, pag. 57 seqq.

II. AGARICUS (PLEUROPUS) STYPTICUS. PERS.

Agaricus stypticus: cespitosus, pileo subcoriaceo emarginato alutaceo subfarinaceo, lamellis tenuissimis venis connexis cinnamomeis, stipite compresso adscendente apice dilatato. Pers. Synops. fung. pag. 481. *Ejusd. Observ. mycol. P. I. p.* 52, 53. *Boulliard Herb. tabb.* 140 *et* 557. *Gärtner Fl. d. Wetterau T. III. P. II. p.* 332. *Sowerby fung. t.* 109. *Pers. Commentarius p.* 86.

Agaricus flabelliformis. Scopoli fl. carn. T. II. no. 1579. *Gleditsch fung. p.* 133. *Gmelin Syst. nat. T. II. P. II. p.* 1411. *Wulfen in Jacquin, Collect. Vol. I. p.* 341. *Schultes Oesterr. Flora P. II. p.* 195. *Lumnitzer Fl. Posoniensis p.* 523.

Agaricus semipetiolatus Schrank bayer. Flora T. II. pag. 614. *Schaeffer t.* 208. *Lightf. fl. scot. no.* 1030. *Sibthorp fl. oxon. pag.* 372. *Micheli genera pag.* 123. *no.* 18. *tab.* 65. *fig.* 7. *Haller stirp. no.* 2338.

Agaricus betulinus. Bolton funguss. tab. 72. *fig.* 1.

2. Der kleine Weidenschwamm.

Zusammenziehender Blätterschwamm, kleiner geselliger Holzschwamm, fächerförmiger Blätterschwamm, halbgestielter Blätterschwamm.

Definitio.

Pleuropus Mycelio sericeo splendente fibris ligni dissolutis intertexto verticali in massam pastae similem transeunte.

Encarpio caespitoso vel imbricato, stipite laterali superne incrassato adscendenti, pileo reniformi alutaceo albescente farinoso undulato, lamellis tenuissimis cinnamomeis.

Charakteristik.

Das Schwammgewächs seidenartig glänzend, mit senkrechten, die morschen Holzfasern verbindenden Fibern, die in eine breyartige Masse übergehen.

Der Fruchtkörper rasenförmig oder dachziegelförmig, mit einem aufsteigenden oben verdickten Seitenstrunke, mit einem nierenförmigen, feinlederartigen, weißlicht mehlichten, wellenförmigen Hute und überaus zarten zimmetfarbigen Lamellen.

Historia atque descriptio.

Satis frequens crescit sero autumno ad truncos salicum emorientium: Agaricis alneo et variabili valde similis, sed stipite pileique substantia optime distinguendus. Ubicunque salicta sunt arboribus senescentibus ac languentibus interpositis, ibi semper abundat cespitibus variis saepe adeo magnis ut manu virili extenso vix tegi queant. Efflorescit quasi ex superficie horizontali truncorum mala oeconomia neglectorum; Fagi sylvaticae, Carpini Betuli aliarumque forte plurium arborum. Si vero ad latera provenit, tunc imbricatim aggregatus est, majoribus minoribus intermixtis. Observavi ope microscopii Encarpia seu fungillos, vix Lineam altos, stipite recto crasso, pileo capituliformi, relate ad stipitem minimo et hoc respectu unicam saepius familiam ad usque 100 individua potentem existimavi. Artifex hoc loco parvam tantum cespitem ex sex individuis constantem tradidit.

Mycelium hujus fungi tenuissimum

Geschichte und Beschreibung.

Diese Art wird bey uns ziemlich häufig im späten Herbste auf alten absterbenden Weidenstämmen angetroffen, und ist dem Agaricus alneus und Ag. variabilis sehr ähnlich, von welchen sie sich jedoch durch ihren Strunk und durch die Substanz des Hutes sehr deutlich unterscheidet. Wo immer Weidengebüsche sind, in welchen sich alternde und kränkelnde Bäume befinden, dort gibt es auch sicher Gesellschaften von diesen Schwämmchen, die oft so stark sind, daß sie eine ausgebreitete Mannshand kaum bedecket. Auf Wurzelstöcken der gemeinen Buche, der Hainbuche und anderer Bäume, die durch eine schlechte Oekonomie der Fäulniß überlassen worden, blüht er gleichsam aus ihrer horizontal geschnittenen Oberfläche hervor. Wenn er aber an den Seiten der Bäume sitzet, so ist er dachziegelförmig über einander gebaust, und es kommen größere und kleinere ohne Ordnung durch einander. Mit Hülfe des Vergrößerungsglases habe ich Fruchtkörper oder Schwämmchen beobachtet, die kaum eine Linie maßen, mit einem geraden dicken Strunke, einem köpfchenförmigen Hute, welcher in Vergleichung mit jenem überaus klein war, und in dieser Hinsicht habe ich manchmahl eine einzige Familie auf mehr als 100 Individuen angeschlagen. Unser Künstler hat hierorts nur ein kleines theilweises Häufchen von 6 Individuen dargestellet.

Das Schwammgewächs von dieser Art ist

est et oculo inermi vix concipiendum, inter fibras dissolutas ligni effusum, constans fibrillis minutissimis parallelis et verticalibus sericeo splendore distinguendis, quae ubi ad efflorescentiam congregantur, pastam quasi farinaceam constituunt, ex qua demum Encarpia erumpunt, quorum proportionem juvenilem jam supra descripsi. Adulta perfectione et magnitudine differunt. Stipes lateralis ad usque unciam longus, basi attenuatus, superne magnopere dilatatus subcompressus adscendens pileo concolor. Pileus alutaceus unciam et ultra latus reniformis undulatus albidus, nonnunquam dilute umbrinus, zona una alterave obscuriori radiisque elevatis notatus, superficie araneose-rugulose-farinaceus margine involuto. Lamellae tenuissimae cinnamomeae, hinc inde anastomosantes. Variat stipite subcentrali. Sapor primum nauseoso-subdulcis demum stypticus.

Tinctoribus commendandus. In magno naturae hospitio vescitur dejectis spretisque reliquiis beatus, atque processu organico-chemico exhalationes corporum putrescentium

äußerſt fein, und dem unbewaffneten Auge kaum ſichtbar; es iſt zwiſchen den lockeren Faſern des morſchen Holzes verbreitet, und beſteht aus überaus zarten parallelen, ſenkrechten, ſeidenartig glänzenden Fäſerchen, welche da, wo ſie ſich zum Blüthenſtande vereinigen, einen mehlartigen Teig darſtellen, aus welchem die Fruchtkörper hervor kommen, deren erſte jugendliche Geſtalt ich ſchon oben beſchrieben habe. Wenn dieſe reif werden, ſo ſind ſie gewöhnlich an Vollſtändigkeit und Größe verſchieden. Der ſeitwärts eingefügte Strunk iſt öfters bis einen Zoll lang, am Grunde verdünnt, oben beträchtlich erweitert, etwas zuſammen gedrückt aufſteigend und mit dem Hute gleichfarbig. Der feinlederartige Hut iſt einen Zoll und darüber breit, nierenförmig, wellicht, weißlich, zuweilen licht umberfarbig, mit einem oder zwey etwas dunkleren Bogen und einigen erhabenen Strahlen bezeichnet, an der Oberfläche ſpinnewebenartig, runzlicht, mehlicht, mit einem eingerollten Rande. Die äuſſerſt zarten zimmetfarbigen Lamellen anaſtomoſiren ſich hier und da mit einander. Dieſer Schwamm varirt mit einem Centralſtrunke. Der Geſchmack iſt Anfangs ekelhaftſüßlicht, nachher ſtyptiſch.

Er verdient den Färbern empfohlen zu werden. Für ſich glücklich genug weidet er ſich in dem großen Gaſthauſe der Natur von weggeworfenen und verachteten Ueberbleibſeln, er zerſetzt mittelſt eines organiſch-chemiſchen Pro-

malesanas decomponit aëremque depurgat. Demum insectis depascitur, ut vidi, minutissimis, quibus omne aliud brumali tempore pabulum denegatum fuit et in cujus substantia calore specifico-organico contra omnes impetus atque mutationes temperaturae defenduntur.

Invenitur a fine Octobris per hiemem usque ad anniversationem calidam.

zeſſes die ſchädlichen Ausdünſtungen faulender Körper, und hilft alſo mit die Atmoſphäre reinigen. Endlich wird er, wie ich ſelbſt geſehen habe, von überaus kleinen Inſecten aufgezehret, denen zur Winterszeit jede andere Nahrung verſagt iſt, und die in ſeiner Subſtanz durch den ſpecifiken Grad ſeiner organiſchen Warme zugleich Schutz gegen alle Widerwärtigkeiten der Witterung und der Jahreszeit genießen.

Man findet ihn vom Ende des October an, den Winter hindurch, bis in die warmere Jahreszeit.

III. DAEDALEA QUERCINA. PERS.

Daedalea quercina: coriacea, ligneo-pallens, pileo ruguloso glabro, laminis ramoso-sinuatis, sinulis magnis. Pers. Synops. P. II. p. 500. *Gärtner Fl. d. W. T. III. P. 2. p.* 387.

Agaricus querneus. Schrank bayer. Fl. *no.* 1728. *Humboldt frib. p.* 71.

Agaricus quercinus Linn. Sp. plant. 1644. *Schaeffer t.* 57. *Sowerby fung. t.* 181.

Agaricus daedaleis sinubus excavatus. Batarra fung. 72. *tab.* 38. *f. A.*

Merulius quercinus. Gmel. Syst. nat. Linn. P. II. T. II. p. 1431.

Agaricus labyrinthiformis. Boull. Herb. t. 352 *et* 442. *fig. I.*

Host Synopsis p. 643. *Schultes Fl. austr. T. 2. p.* 198. *Kramer Elenchus p.* 304. *no.* 7. *Jacq. Enumeratio p.* 197.

3. Eichenlabyrinthſchwamm.

Eichenſchwamm, Hirnſchwamm, verworrener Eichenſchwamm, hölzerner Blätterſchwamm.

Definitio.

Daedalea Mycelio suberoso a ligno putrido cui innascitur vix distinguendo, filis sparsis perpendicularibus abbreviatis crassiusculis radiciformibus albidis gossypinis interpositis.

Encarpio sessili pallente-fusco zonis concentricis notato superne planiusculo obtuse marginato coriaceo, la-

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs korkartig, von dem morſchen Holze, auf dem es wächst, kaum zu unterſcheiden, von einzelnen baumwollenartigen, dickeren, wurzelförmigen, abgekürzten, ſenkrechten, weißlichten Fäden durchzogen.

Der Fruchtkörper aufſitzend, blaßbraun mit concentriſchen Bogen bezeichnet, oberhalb eben, ſtumpf, ausgerandet, lederartig, mit gleich-

mellis concoloribus ligneis ramoso sinuatis majusculis ex foraminum dilatatione oriundis.

Descriptio cum Historia.

Mycelium hujus fungi, quemadmodum in plurimis sic dictis fungis sessilibus substantia pariter ac forma ab ejusdem Encarpio vix distingui atque separari potest. Etenim adeo firmiter intricatum est ligno, cui adnata invenimus Encarpia, ut quasi ex ipso illo stillicidio quodam effluere et produci videatur. Substantia suberosum est et colore pallidum. Constat autem ex fibris compactis parallelis verticalibus connexis textu tenuissimo gossypino fusco, percurso hinc inde filamentis albis brevibus et ceteris multo crassioribus, quae forte radicum vicibus funguntur atque inter frustula putrida ligni, cui innascitur, verticaliter ac flexuose descendunt.

Encarpium mirifice variat situ, figura, compositione ac magnitudine. Nunc lateraliter adhaeret natali suo loco, nunc superficie superiori plano innascitur horizontaliter, nunc iterum diversimode crescit ex cavitatibus irregularibus et sibimetipsi basin praeparat, alias depluit quasi ex semetfarbigen hölzernen äſtigbuchtigen Lamellen und ziemlich anſehnlichen Vertiefungen, die aus der Erweiterung der Löcher entſpringen.

Beſchreibung und Geſchichte.

Das Schwammgewächs dieſer Schwammart kann, ſo wie bey den meiſten paraſitiſchen Schwämmen, ſo wohl der Subſtanz als der Form nach, von ſeinem Fruchtkörper kaum unterſchieden oder getrennt werden. Es iſt nähmlich mit dem Holze, worauf die Fruchtkörper erſcheinen, ſo feſt verwebt, daß es gleichſam aus demſelben auszuſchwitzen und hervor zu quellen ſcheinet. Seine Subſtanz iſt korkartig und blaß die Farbe. Es beſteht aber daſſelbe aus gedrängten paralleln, ſenkrechten Faſern, welche mittelſt eines überaus feinen baumwollenähnlichen Gewebes von brauner Farbe mit einander verbunden, und hier und da von weißen, kurzen, viel ſtärkeren Faden durchkrochen werden, welche Faden vermuthlich die Stelle der Wurzeln vertreten, und die zwiſchen den angefaulten Holzſtümpchen, ihrem Standorte, gebogen ſenkrecht herab ſteigen.

Der Fruchtkörper variirt äußerſt vielfaltig in Abſicht der Anheftung, der Geſtalt, der Zuſammenſetzung und der Größe. Bald hangt er ſeitwärts an ſeinem Standorte, bald iſt er mit ſeiner oberen Flache horizontal an einen ebenen Körper angedruckt, bald aber kommt er ganz unordentlich aus unregelmäßigen Höhlungen hervor, und bereitet ſich ſelbſt ſeine Ru-

ipso atque, ut in praesenti specimine videndum est, junioribus minoribusque fungulis ex meditullio suo exclusis incubitare videtur. Figura plerumque pileum planum repraesentat superficie superiori plus minus verrucosum Circuli dimidiati ambitu pluribusque gyris concentricis rugosis distinguendum. Sed etiam in hoc valde irregulare est. Vidi pileos omnino rotundos, convexos et omni modo lobatos divisosque; vidi encarpia parte sua superiori aliis corporibus tam arcte adnata, ut pars superior penitus deficere et lamellarum solummodo catena adesse videretur. Quod compositionem attinet, modo gregarius est, modo solitarius, modo sibi incumbunt funguli modo iterum in longa serie lineae horizontalis propagantur. Maxima quae vidi ad 8 usque uncias Diametri exhibebant. Quae autem frequentissima est magnitudinis ratio, haec 4 horizontaliter et 2 verticaliter metitur uncias. Colore nullam usquedum diversitatem notabilem observare contigit, qui utique semper et in omnibus fungi partibus dilute fuscus et fere talis est, qualis in ligno Pruni insititiae, Crataegi-Oxyacanthae, Pinus sylvestris, Pyri com-

hepuncte; ein anderes Mahl traufelt er gleichsam aus sich selbst hervor, und gleicht, wie in dem vorliegenden Exemplare zu sehen ist, einer Mutter, die über ihren noch unreifen Jungen brütet. Seine Gestalt ist gewöhnlich die eines halbrunden, oberhalb flachen, jedoch, und zwar vorzüglich durch einige concentrische Kreise, runzlichten Hutes. Jedoch ist er auch in diesem Stücke äußerst unbeschränkt. Ich sah Beyspiele mit ganz runden, gewölbten und auf alle Arten zertheilten lappichten Hüten; ich sah Fruchtkörper, welche mit ihrer ganzen Oberseite an andere Körper so fest angewachsen waren, daß dieser obere Theil ganz zu fehlen, und nur eine Kette von Lamellen vorhanden zu seyn schien. Was die Zusammensetzung betrifft; so ist er bald gesellig, bald einsam, bald sind die Schwämme übereinander liegend, bald kommt davon eine lange Reihe in wagrechter Richtung zum Vorschein. Die größten, die ich jemahls gesehen habe, maßen bis 8 Zoll im Durchmesser. Die gewöhnlichste Größe beträgt 4 Zoll in die Breite und 2 in die Höhe. In der Farbe habe ich bisher noch gar keine Abänderung von Erheblichkeit angetroffen. Diese ist nähmlich alle Mahl und in allen Theilen des Fruchtkörpers lichtbraun, und gleichet dem Holze des Kriechenbaumes, des Hagedorns, der Föhre, des Holzbirnbaumes, der Silberweide u. d. gl. *).

*) Die Abarten, deren Humboldt in seiner Frey-

munis vel Saficis albae percipitur.*) Durities totius fungi lignea est cum quadam elasticitate notabili. Caeterum admiranda est levitas hujus fungi comparata cum tam tenaci substantia.

Der ganze Schwamm hat eine hölzerne Härte mit einer merklichen Elasticität. Uebrigens ist seine Leichtigkeit zu bewundern, wenn man dabey an die Festigkeit des Körpers gedenket.

In principio pars inferior Encarpii velo spurio tegitur de quo pilei margo recedit expansione atque dilatatione. Hoc velum vero nihil aliud est, quam novi pilei inferioris rudimentum. Ex consideratione hujus structurae apparet, stipitem fungorum a pileo non essentialiter esse diversum, sed potius pro mera productione modo centrali modo laterali pilei habendam, quae iterum dilatari et semina excludere potest, qua propter non modo infra pileum sed etiam supra proliferationis quodam singulari ritu, novos fungulos produci videmus.

Im Anfange wird der untere Theil des Hutes von einem uneigentlichen Schleyer bedecket, uber welchen sich der Rand des Hutes durch seine Ausdehnung und Entwickelung hervor schiebt. Dieser Schleyer ist aber an sich nichts anderes, als der Anfang eines neuen unterhalb hervortreibenden Hutes. Aus der Betrachtung dieser Structur erhellet, daß der Strunk der Schwämme von dem Hute nicht wesentlich verschieden ist, und daß man ihn vielmehr nur für eine bloße, bald centralische bald Seiten-Fortsetzung des Hutes zu halten habe, welche wiederum erweitert werden, und Samen hervor bringen kann; daher wir denn auch mittelst einer eigenen Art von Sprossentreibung nicht allein unterhalb des Hutes, sondern auch aus der Oberfläche desselben neue Schwämmchen hervor wachsen sehen.

Daedaleam genus esse, Boleto magis quam Agarico affine jam cel. Dr. Persoon monuit. Et profecto labyrinthici isti accessus nihil aliud sunt,

Schon der berühmte Dr. Persoon hat die Anmerkung gemacht, daß die Gattung Daedalaea (Labyrinthschwamm) mit den Locherschwämmen naher verwandt sey, als mit den

*) Varietates de quibus cet. Humboldt in Flor. [illegible] p. [illegible] verba facit, mihi potius novam speciem constituere videntur.

burgerflora p. [illegible] gedenket, scheinen mir vielmehr eine eigene neue Art auszumachen.

Habitat in sylvis praesertim montosis vel etiam in hortis rusticorum et ubicunque cineres vel ex diligentia inspersae vel alia quacunque demum sorte cum strato superiori terrae permixtae fuerunt.

Tempus ordinarium hujus fungi illud est, quo Prunus spinosa, Tussilago Petasites, Viola odorata, Primula officinalis et similia florent. Sed nonnunquam etiam mensibus serius praesertim in altioribus regionibus inventus fuit.

Ubique in usum culinarium adhibetur. Etiam exsiccatur atque pro hiemis pabulo conservatur.

ich glaube ihn am beſten durch Vergleichung eines aus Veilchenduft und dem Geruch von Eichenrinde entſtandenen Gemenges ausdrücken zu können.

Sie wohnt in bergichten Wäldern, wohl auch in Bauerngärten, und wo immer Aſche durch Zufall oder abſichtlich verſtreut worden, deren Auflöſung die obere Erdſchichte durchdrungen hat.

Die gewöhnliche Erſcheinungszeit dieſes Schwammes iſt diejenige, wann die Schlehenſtaude, die Peſtilenzwurz, das Märzenveilchen, die gemeine Schlüſſelblume u. dgl. blühen. Jedoch trifft man ihn zuweilen um Monathe ſpäter an, beſonders in höhern Regionen.

Man benützt ihn aller Orten zur Speiſe, und pflegt ihn auch in gleicher Abſicht aufzutrocknen, und für den Winter aufzubewahren.

12. MORCHELLA PATULA. PERS.

M. pileo basi libero, areolis rhomboideis stipite cavo. Pers. Syn. II. p. 619. Sowerby engl. fung. t. 51. Fig. media.

Phallus patulus Gmelin Syst. Nat. T. II. P. II. p. 1449. Schrank Bayer. Flora 2. Th. S. 577. N. 1637. *Laicharding Manuale botanicum p. 593. Schaeffer fung. Tab. 199. Fig. 1 et 3.*

12. Baſtardmorchel.

Getrennte Morchel. Einfache Mauracht.

Definitio.

Morchella Mycelio tenuissime fibroso arenam compingente griseo;

Encarpio stipitato cavo pileo basi libero obtuso.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs überaus fein, den Sand verbindend grau.

Der Fruchtkörper geſtrunkt hohl, der Hut an der Baſis frey und ſtumpf.

Historia naturalis.

Mycelium hujus speciei ab illo prioris vix diversum; nisi quod sac-

Naturgeſchichte.

Das Schwammgewächs von dieſer Art iſt von jenem der vorhergehenden faſt gar

pius supra terram in massam fungosam (Symphoresin) et quasi pulposam confluat, cujus ex apice Encarpium denique enascitur. Stipes relate ad pileum altior evadit quam in M. continua. Caeterum albus rugosus pertusus atque farinaceus est, quemadmodum in praecedenti observavimus. Pileus in hac praesenti figura admodum variabilis, nunquam tamen acuminatus est. Areolae plerumque dilutiores majores ac minus regulares sunt. Basi pileus discedit a stipite et tunc ejusdem facies inferior ab illa stipitis nullo momento discrepat. Quod vero praecipuam attentionem meretur, apice in multis praesertim majoribus pervius est!

nicht unterſchieden; nur pflegt es öfters in Geſtalt einer ſchwammichten Maſſa (eines Schwammfilzes) die Erde zu überſteigen, an deren Spitze ſodann der Fruchtkörper entſpringt. Der Strunk wird in Vergleichung mit dem Hute höher als in der gemeinen Morchel. Uebrigens iſt er weiß, runzlicht, durchſtochen und mehligt, wie wir dieſes an der vorigen Art bemerkt haben. Der Hut iſt in der gegenwärtigen Art der Geſtalt nach ſehr veränderlich, niemals jedoch geſpitzt. Die Grübchen ſind meiſtens heller, gröſſer und weniger regelmäßig. Am Grunde weicht der Hut vom Strunke, und dann iſt ſeine Unterſeite von jener des Strunkes in nichts verſchieden. Was jedoch beſonders angemerkt zu werden verdient, iſt, daß er an der Spitze, beſonders in gröſſeren Stücken, öfters eine Mündung aufweiſet.

Apud nos, et ut videtur ubique multo rarior est priori. Habitat in insulis danubialibus, praesertim Claustroneoburgi sub Populo alba in arena fluviatili foliorum putrefactorum fimo impraegnata. Plerumque solitarius est sed et saepius subgregarius. Odore atque sa-

Bey uns, und wahrſcheinlich aller Orten, iſt dieſe Art viel ſeltener als die vorige. Sie findet ſich in den Donauinſeln, beſonders bey Kloſterneuburg, im Schatten der Weißpappel im Flußſande, der mit dem verfaulten Baumlaub gedüngt iſt. Sie iſt meiſtens einſam, doch auch öfters geſellig. An Geruch und Geſchmack

pore a priori parum differt, minus tamen gratus et ob majorem lentitiam digestu aliquantulum difficilior est.

iſt ſie von der vorigen wenig verſchieden; ſie iſt nur um ein Geringes weniger ſchmackhaft, und wegen ihrer etwas erheblicheren Zähigkeit ein wenig ſchwerer zu verdauen.

XIII. AGARICUS (PRATELLA) VINDOBONENSIS.

13. Der Wienerſchwamm.

Definitio.

A. Mycelio byssaceo terram radiculasque herbarum compingente.

Encarpio solitario stipitato undique niveo, pileo carnoso convexo, lamellis coarctatis, stipite bulboso fistuloso, annulo libero.

Charakteriſtik.

Ein Byſſusartiges die Erde und Wurzeln der Kräuter verbindendes Schwammgewächs.

Der Fruchtkörper einzeln geſtrunkt, durchaus Schneeweiß; der Hut fleiſchig, gewölbt, die Lamellen gedrängt, der Strunk zwiebelig hohl mit einem freyen Ring.

Descriptio.

Mycelium, quatenus conspexi, ab illo Pratellae campestris vix diversum videtur, scilicet ex filamentis byssaceis niveis sine regula intricatis constans, Parenchyleo terram conglutinante fuliginoso, Rhacodio (i. e. textu ipso filamentoso Mycelii) diffuso,

Beſchreibung.

Das Schwammgewächs, ſo weit es mir bekannt geworden, iſt von jenem des Champignon ſehr wenig verſchieden, und beſteht aus Byſſusartigen Schneeweiſſen ohne Ordnung verwebten Fäden, einer Rußfärbigen die Erde zuſammenleimenden Schwammfeuchtigkeit und einem zerſtreuten Schwammige-

flechte, d. i. aus den feinen oben genannten sich durchkreuzenden Fäden des Schwammgewächses.

Encarpium sequentia exhibet:

Der Fruchtkörper besteht aus folgenden Theilen:

Stipes ad 3 pollices altus strictus laevis niveus interne fistulosus, basi valde incrassatus seu bulbosus est, in junioribus magis quam in adultis. In parte ejusdem superiori annulus concolor patulus latus tumidulus, tamen fugax atque mobilis i. e. neque cum stipite, neque cum pileo cohaerens dependet.

Der Strunk ist beyläufig 3 Zoll hoch, steif, glatt, schneeweiß, innerlich hohl, am Grunde stark verdickt oder zwiebelartig und dieß besonders in den jüngern Exemplaren. Oben bemerkt man einen gleichfärbigen ausgebreiteten breiten und etwas dicken, aber übrigens dennoch vergänglichen und freyen, d. i. weder mit dem Strunke noch mit dem Hute verwachsenen angehängten Ring.

Pileus valde carnosus, in juventute globosus, tandem vero expansus et convexus, maximeque regularis est. Ad marginem undique rudimentis annuli dejecti ciliatus, superne vero laevissimus atque candidus est.

Der überaus fleischige Hut ist zuerst kugelförmig, nachher aber ausgebreitet, gewölbt und ganz ausgezeichnet regelmäßig. Oberhalb ist er vollkommen glatt und rein weiß, am Rande aber ringsherum mit den Ueberbleibseln des abgerissenen Ringes verbrämt.

Lamellae triplicis seriei admodum coarctatae lanceolatae in medio vix ultra 2 lineas latae a stipite remotae, primum niveae, tandem vero griseo fuliginosae, fungo decrepito deliquescunt.

Die in drey Reihen geordneten äußerst gedrängten Lamellen sind lanzettförmig, im Mittel kaum über zwey Linien breit, vom Strunk entfernt, erst weiß, späterhin aber graulich-rußbraun und gehen beym Absterben des Schwammes in ein wässeriges Wesen über.

Inveni penitus novam hanc speciem die 13tia Junii Viennae in pra-

Ich fand diese gänzlich neue Schwammart den 13ten Junius zu Wien auf magern

tis siccis sponte nascentem tempore, quo pluviis diuturnis omnia penetrata fuere.

Ab hac bene distinguendae sunt:

1) Amanita bulbosa: Volva, stipite teneriori, lamellis minus coarctatis;

2) Agaricus pudicus Bull. h. T. 597. F. II. colore vario, stipite solido adscendenti, neque bulboso, annulo adnato.

3) Agaricus (Lepiota) mucidus Pers. splendore fortissimo, encarpiis multum tenerioribus, lamellis distantibus.

4) et 5) Agarici (Pratellae) edulis et campestris: Lamellis nunquam albis, annulo lacero nec mobili.

Wiesen zu einer Zeit, da alles von langanhaltenden Regen durchnäßt war.

Folgende übrigens sehr ähnliche Arten lassen sich angeführtermassen von dieser neuen unterscheiden:

1) Der zwiebelichte Fliegenschwamm: durch den Wulst, den zärteren Strunk und die weniger gedrängten Lamellen;

2) Der verschämte Blätterschwamm des Bülliard: s. Herb. t. 597. Fig. II. durch mehrerley Farben, durch den vollen aufsteigenden nicht zwiebelartigen Strunk und den angewachsenen Ring.

3) Der schleimige Stiefelschwamm des Persoon durch den höchsten Grad des Glanzes, die viel zärteren Fruchtkörper und die weit auseinander stehenden Lamellen.

4) und 5) Die Gugemucke und der Champignon, durch die niemals weißen Lamellen und den zerrissenen angewachsenen Ring.

XIV. AGARICUS (LEPIOTA) CAUDICINUS. PERS.

Agaricus cespitosus, pileo subcarnoso umbonato glabro cinnamomeo, lamellis subdecurrentibus pallide ferrugineis, stipite squammoso subtenui cylindrico. Pers. disp. meth. fung. p. 19. Ej. Syn. P. II. p. 271. Ej. Comment. p. 4.

Agaricus mutabilis. Schaeffer fung. t. 9. Schultes Fl. austr. II. p. 193

Agaricus annularis. Bull. herb. t. 543. Fig. o. p.

Agaricus lignatilis. Bull. l. c. tab. 554. Fig. I.

Agaricus floccosus. Sowerby, tab. 284.

14. Der Stockſchwamm.

Holzſchwamm. Geſelliger Stiefelſchwamm. Herbſtſchwamm. Halimaſch.

Definitio.

A. Mycelio sordide albo congesto omentoso per rudimenta ligni putriti diffuso.

Encarpiis aggregatis, stipite gracili subsquammoso, velo fugaci, Lacmellis adnatis subdecurrentibus cinnamomeis; pileo umbonato, primum campanulato, tandem patulo margine deliquescente.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs ſchmutzig, gehäuft filzig in den Klumpen vermoderter Holzſtöcke ausgebreitet.

Die Fruchtkörper gehäuft, der Strunk zart, etwas ſchuppig, die Schleyerhaut vergänglich, die Lamellen angewachſen, faſt herablaufend zimmetfarbig, der Hut genabelt, erſt glockenförmig, dann ausgebreitet mit einem wäſſerig werdenden Rande.

Historia naturalis.

Tot dantur varietates hujus speciei, ut vix possibile sit, praeter definitionem exaratam aliquid de ejusdem characteribus prolixius exponere.

Encarpium plerumque 4 pollices altum, quandoque multo majus invenitur, sed et saepe saepius vix 2 pollicum altitudinem assequitur. Stipes adscendens gracilis atque cylindricus est; interne plerumque inanis, sed et saepe solidus; externe vero pileo concolor, ceterum valde inconstans, modo laevis, modo squammosus est et hoc iterum plus minusve. Saepe annulus albidus conspicitur in parte ejusdem superiori, qui alias iterum penitus deficit. Hic annulus venit a disrupto velo, Lamellas in statu juniori obtegente pro ratione substantiae demum plus minus fugaci. Pileus plerumque ferrugineus (in specimine praesenti pallide fulvocinereus) nonnunquam griseo-badius est. Ceterum subcarnosus, umbonatus, sat amplus post plenariam expansionem, margine deliquescere amat; superficie subhumida modo laevi mo-

Naturgeſchichte.

Es iſt beinahe nicht möglich etwas Umſtändlicheres von dieſer Schwammart anzuführen, als was bereits in der Charakteriſtik deſſelben geſagt worden iſt, weil es davon ſogar viele und ſo ſonderbare Varietäten giebt.

Der Fruchtkörper iſt gewöhnlich bey 4 Zoll hoch, zuweilen auch noch viel gröſſer, noch öfters aber kleiner und kaum von 2 Zollen der Höhe. Der Strunk iſt aufſteigend, zart und überall gleich dick; innerlich iſt er meiſtentheils ausgehöhlt, jedoch zuweilen auch voll, von auſſen iſt er mit dem Hute gleichfärbig, übrigens ſehr unbeſtändig, nämlich bald glatt, bald ſchuppig und dieſes wiederum bald mehr bald weniger. Meiſtens trägt er im obern Theile einen weißlichten Ring, wovon ein andersmal wieder keine Spur zu ſehen iſt. Dieſer Ring entſteht aus der abgeriſſenen Schleyerhaut, welche die Lamellen im unreifen Zuſtande verhüllet, und welche nach dem verſchiedenen Verhältniße ihrer Dicke mehr und weniger vergänglich iſt. Der Hut iſt meiſtens roſtfärbig (in dem vorliegenden Exemplare iſt er blaßgrau ins rothgelbe ſpielend) zuweilen iſt er auch grau mit kaſtanienbraun. Uebrigens iſt er etwas fleiſchig, nabeligt, nach ſeiner vollſtändigen Entwicklung ziemlich breit

do squammulosa, quo respectu cum stipite semper conspirat.

Lamellae cinnamomeae, serie inaequales, saepe irregulariter excisae, stipiti late adnatae, in eodem paullisper decurrentes optimam notam characteristicam praestant, per quam haec species a reliquis discerni potest.

Ad truncos quercuum, fagorum aliarumque arborum abscissos atque demortuos copiose enascitur a fine Julii usque ad Octobrim cespitose crescens, stipitibus tamen ad basin usque liberis.

Venditur in foris publicis, frequentissima apud nos fungorum esculentorum species

und pflegt am Ende im ganzen Umfange seines Randes wässerig zu werden; seine Oberfläche ist überhaupt etwas feucht und übrigens bald glatt, bald schuppig, in welchem Stücke er jedesmal mit dem Strunke genau übereinstimmt.

Die zimmetfarbigen Lamellen sind von ungleicher Länge, öfters unregelmässig ausgeschnitten, an den Strunk angewachsen und an demselben etwas herablaufend, ein Merkmal, wodurch man diesen Schwamm vorzüglich von andern zu unterscheiden im Stande ist.

Man trifft den Stockschwamm auf den vermoderten Wurzelstöcken abgehauener Buchen, Eichen und anderer Bäume in Menge, und allezeit in Haufen beysammen wachsend, jedoch ohne daß die Strünke unten miteinander verwachsen wären, vom Ende des Julius bis in den Oktober.

Man bringt ihn zu Markt, und es giebt bey uns keine Schwammart, wovon eine grössere Menge verspeiset würde, als die gegenwärtige.

XV. MERULIUS CANTHARELLUS. PERS.

Mer. gregarius totus vitellinus pileo carnoso glabro depresso. Pers. Syn. II. p. 488. Linn. Syst. nat. ed. XII. 3. p. 722. Sibthorp. Fl. oxon. p. 374. Host Syn. p. 644. Schultes Fl. II. p. 198. Schuhmacher Enumer. Saelland. II. p. 567.

Agaricus Cantharellus auctorum. Ic. Sowerby fung. t. 46. Bolton fung. t. 62. Oeder Fl. dan. t. 264. Bull. herb. t. 505. F. I. Schaeffer F. t. 82.

Agaricus Alectorolophus Schaeffer F. t. 206.

15. Der Röthling.

Pfefferling, Pfifferling, Cantharelle, geſtielter Blätterſchwamm, Eyerſchwamm, Rehgeiß, gelber Pfifferling, Rübling, Auguſtſchwamm.

Definitio.

Mycelio fibrilloso repente chloroleuco terram conglutinante;

Encarpio stipitato toto vitellino Pileo carnoso glabro primum depresso deinde resupinato undulato.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs faſericht, kriechend, blaßgelb, die Erde zuſammenleimend.

Der Fruchtkörper geſtrunkt, durchaus dottergelb, der Hut fleiſchig glatt, Anfangs gedrückt, nachher trichterförmig, wellicht.

Descriptio.

Mycelium tenerrimum pallide flavescens terram Parenchyleo uberrimo conglutinans.

Encarpium paucis varietatibus obnoxium constat stipite atque pileo. Stipes obconicus rectus vel adscendens, relate ad pileum brevis carnosus atque solidus, carne compacta alba rarius flavescente; externe laevis fulvo-vitellinus ac pruina albicante undique condecoratus est. Pileus colore ac pruina stipiti aequalis in juventute prima globosus atque involutus, dein patulus ac depressus, denique vero resupinatus atque infundibuliformis apparet. Superficie plerumque inaequalis et praecipue ad marginem plus minus undulatus et quandoque repandus est. Carne crassa turget et reapse nil nisi supremam stipitis dilatationem sistit. Inferne plicis lamelliformibus longissimis, rectis a stipite ad marginem pilei usque tenuissime decurrentibus vix ultra lineam latis, irregulariter divisis atque frequenter anastomosantibus concoloribus pariterque pruinosis vestitus conspicitur.

Beſchreibung.

Das ſehr zarte blaßgelbe Schwammgewächs verpappt die Erde durch die große Menge ſeiner Schwammfeuchtigkeit.

Der nur ſehr wenig Abweichungen unterliegende Fruchtkörper beſteht aus dem Strunk und dem Hute. Der Strunk iſt umgekehrt kegelförmig, gerade oder aufſteigend, im Vergleich gegen den Hut kurz, fleiſchig und voll mit einem derben weißen, zuweilen gelblichten Fleiſche; äuſſerlich iſt er glatt, bräunlich — dottergelb und allenthalben weißlicht bereift. Der mit dem Strunke gleichfärbige und eben ſo bereifte Hut iſt in ſeinem Urſprunge kugelrund und eingerollt, dann ausgebreitet und flachgedrückt, endlich aber emporſteigend und trichterförmig. Seine Oberfläche iſt meiſtens uneben und beſonders am Rande mehr oder weniger wellicht oder auch ausgeſchweift. Er iſt voll von einem derben Fleiſche und kann eigentlich als eine bloße ausgebreitete Fortſetzung des Strunkes angeſehen werden. Seine untere Fläche bekleidet ein gleichfärbiger und eben ſo bereifter Ueberzug von ſehr langen, lamellenartigen, geraden Falten, welche vom Strunke bis an den Rand des Hutes fortlaufen, kaum über eine Linie breit ſind, ſich ohne Regel zertheilen und hie und da über die Quere mit einander verbinden.

Variat magnitudine a 2 ad 5 pollicum altitudinis, proportione stipitis, quem vidi crassitie pilei superficiei aequalem atque alia vice iterum adeo gracilem, ut vix 8vam diametri partem haberet. Ceterum saepe vario modo luxuriat, imo compositus atque ex pluribus contiguis adauctus observatus fuit.

Die Abänderungen dieſes Schwammes beſtehen im Folgenden: die Gröſſe differirt von 2 bis 5 Zoll der Höhe; das Verhältniß des Strunkes iſt zuweilen ſo gering, daß er kaum den 8ten Theil von dem Durchmeſſer des Hutes erreicht; dahingegen ein andersmal derſelbe dem Durchmeſſer des Strunkes vollkommen gleich iſt. Uebrigens überwächſt er ſich auf mancherlei Art; ja man fand ſogar Beyſpiele mit verwachſenen oder zuſammengeſetzten Fruchtkörpern.

Crescit gregatim et copiose, rarius cespitose ad margines sylvarum praesertim ad latera septentrionalia montium faginetis annosis amicta ab initio Augusti ad medium Septembrim.

Er wächſt geſellig und in Menge, jedoch nicht gewöhnlich Haufenweiſe an den Rändern der Wälder, beſonders an der Nordſeite ſolcher Berge, welche mit alten Buchenwäldern bekleidet ſind. Man findet ihn vom Anfange des Auguſt bis gegen die Mitte des Septembers.

Valde deliciosus et fragrans, quasi coriaceum odorem cum Aromate Amomi mixtum perciperes. Sapor leniter piperatus nomine germanico (Pfefferling) indigitatur. Copia saepe ingens habetur in foris. Coquitur cum butyro Epicarpio plicisque saepius decorticatis. Si crudus comeditur, quandoque Colicam acrimonia sua inducit.

Er iſt ſehr ſchmackhaft und wohlriechend. Der Geruch des gegärbten Leders in Vereinigung mit dem des Cardamom gleicht ungefähr dem Geruche des Röthlings. Sein gemilderter Pfeffergeſchmack wird durch den deutſchen Nahmen Pfefferling angedeutet. Man trifft davon öfters eine ungeheure Menge auf dem Markte an. Man dünſtet ihn mit Butter und pflegt zuweilen ſeine Haut ſammt den Falten abzuſchälen. Roh verſpeiſet hat er ſchon Manchem heftiges Bauchgrimmen verurſacht.

XVI. BOLETUS CINNAMOMEUS JACQ.

B. cinnamomeus fragilis, pileo concavo villoso, in centro infundibuliformi fulvo, poris annulatis. Pers. Syn. II. p. 515. Jacquin Collect. I. p. 116. tab. 2. Host Syn. p. 645.

16. Der zimmetfarbene Löcherſchwamm.

Definitio.

Mycelio brunneo filamentoso, surculos muscorum sordesque connectente.

Encarpio stipitato, undique spadiceo-cinnamomeo: pileo in medio infundibuliformi, poris reticulatis.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs braunfädicht, die Mooſsſtengel und die Unreinigkeit der Erde verwickelnd.

Der Fruchtkörper geſtrunkt, allenthalben dunkel-zimmetbraun: der Hut in der Mitte trichterförmig, die Löcher netzartig.

Descriptio.

Verba illustrissimi Jacquini adducere liceat:

„Egregius Carolus Westhofen, Botanices cultor indefessus, inventa in

Beſchreibung.

Es ſey mir erlaubt hier die Worte des unübertrefflichen Jacquin anzuführen:

„Der vortreffliche und überaus fleiſſige Botaniſt, Carl Weſthofen brachte mir im

agro Vindobonensi plura hujus fungi specimina mihi attulit mense Septembri, cui a nitidissimo Cinnamomi colore nomen feci. Totus cinnamomeus, etiam in substantia interna. Stipes solidus, teres, villosulus, plus minus uncialis, erectus calamo gracilior. Pileus in centro infundibuliformis, in limbo planus, lineam unam alteramve crassus, diametri uncialis, supra sericeus nitidus et ad tactum holosericei ad instar mollis, subtus poris angulatis totus refertus. Sponte exsiccatus colorem servat, nec putrescit, fragilis duntaxat evadit et parumper limbo crispatur. Crescit inter muscos in humo udo.“

September mehrere Exemplare von diesem Schwamme, die er in der Gegend von Wien gesammelt hatte, und seine überaus schöne Zimmetfarbe giebt mir die Veranlassung zu seiner Benennung. Er ist ganz von innen und von aussen zimmetfarbig. Der Strunk ist voll, rund, etwas behaart, beyläufig einen Zoll hoch, gerade, und dünner als eine Schreibfeder. Der Hut ist in der Mitte trichterförmig, am Rande eben, nicht viel über eine Linie dick, vom Durchmesser eines Zolls, oberhalb seidenartig glänzend, und weich wie Atlaß anzufühlen, unterhalb aber gänzlich mit eckigten Löchern benarbt. Er vertrocknet mit Beybehaltung seiner Farbe von freyen Stücken, und geht nicht in Fäulung über, er wird nur zerbrechlich und bekömmt einen etwas gekräuselten Rand. Er wächst zwischen Moosen in der feuchten Gartenerde.“

Nobis celeberrimus Franciscus Stoll Encausticus aulicus, artisque statuariae Professor hunc fungum attulit sub finem Junii anni 1804 in horto Schoenbrunnensi sub umbra Quercuum inter muscos et sordes foliorum ramulorumque putredine consumptorum cespitose enatum. Et hoc quidem specimen paullo majus fuit, quam illud, quod in supradictis ill.

Uns hat der rühmlichst bekannte k. k. Hof-Wachskünstler und Professor Franz Stoll diesen Schwamm gebracht, welcher in dem Schönbrunnergarten im Schatten der Eichen zwischen Moosen und allerlei Unreinigkeiten von verfaulten Blättern und Baumästchen in Häufchen beysammen wachsend zu Ende des Junius 1804 gefunden wurde. Dieß Exemplar war nur um etwas weniges grösser als jenes, welches in den obenge-

Jacquini Collectaneis descriptum atque depictum fuit.

Differt praesens species a Boleto perenni, cui ceterum maxime affinis est, pileo regulari, nullis zonis notato, stipite centrali, porisque majoribus.

nannten Collectaneen des gelehrten Herrn von Jacquin beschrieben und abgebildet worden.

Diese gegenwärtige Schwammart unterscheidet sich von dem perennirenden Löcherschwamm, welchem sie übrigens sehr ähnlich ist, durch den regelmässigen Hut, durch den Mangel der concentrischen Ringe, durch den genau ins Mittel des Hutes sich verlaufenden Strunk, und die weit grösseren Löcher.

XVII. BOLETUS LURIDUS PERS.

B. magnus, pileo pulvinato, fuscescente olivaceo, poris aequalibus, primo rubris, demum aurantiacis stipite elongato rubicundo reticulato subbulboso. Pers. Syn. II. p. 512. Comment. p. 43. Schäffer fung. tab. 107.

Boletus bovinus. Bolton t. 85.

Bol. rubeolaris Bull. t. 490.

17. Der Saupilzling.

Der rothe Pilz. Hexenſchwamm. Kuhpilzling.

Definitio.

Mycelio sarmentoso, intricato, tuberculoso, pallido;

Encarpiis subsolitariis, pileo pulvinato sordide purpurascente, poris inaequalibus sanguineis, stipite subbulboso reticulato.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs Rankentreibend, verwickelt, knotig, blaß.

Der Fruchtkörper einſchichtig mit einem gepolſterten ſchmutzig rothen Hute, ungleichen blutrothen Löchern und einem faſt zwiebelartigen umnetzten Strunk.

Descriptio.

Mycelium ex filamentis inaequalibus pallidis constans, terram late perreptat, hinc inde intumescens in tubercula, ex quibus tandem Encarpia exoriuntur, quae, etsi magnitudine differant, plerumque tamen ad 6 usque 8 pollices altitudinis elevantur et pileum stipitemque valde carnosum atque solidum exhibent. Pileus in juventute obscure purpurascit, sed depallet atque sordescit, quo diutius perstitit, adeo, ut per colorem sordide miniaceum in brunneum atque tandem, proxime periturus, in atrovirentem abeat. Forma pulvinatus, regularis crassus, superficie vero subviscosus, araneose - verrucosus et quodammodo tomentoso - pulverulentus est. Pori sanguinei (simili negotio mutabiles) in juvenili tenuissimi atque ita coaliti sunt, ut paucis punctulis interjectis meros propemodum Circumflexos seu Sigmata latina insculpta observare debeamus. In adultis hi circumflexi dilatantur in poros reliquis multo majores atque irregulares. Stipes ex olivaceo - aurantius, purpureo-reticulatus in parte inferiori

Beſchreibung.

Das Schwammgewächs aus blaßgelblichen Fäden von ungleicher Stärke beſtehend, durchkriecht die Erde weit herum, und bringt hie und da Knötchen hervor, aus denen nachher die Fruchtkörper entſpringen, welche obgleich übrigens an Größe verſchieden gewöhnlicherweiſe eine Höhe von 6 bis 8 Zoll erreichen. Der Hut iſt in der Jugend dunkel purpurroth, allein dieſe Schönheit der Farbe ſtirbt immer mehr ab und wird ſtäts unreiner je älter er wird, ſo zwar, daß er durch eine unreine Mennigröthe ins Braune endlich, kurz vor ſeiner Verweſung ins Schwarzgrüne übergehet. Von Geſtalt iſt er polſterig, regelmäſſig, dick, in ſeiner Oberfläche etwas klebrig, ſpinnewebenartig und warzig und gleichſam mit einem ſtaubigten Filze überzogen. Die blutrothen, gleichermaſſen in der Farbe veränderlichen Löcher ſind an dem noch jungen Hute überaus fein und ſolchergeſtalt vereinigt, daß man auſſer einigen wenigen dazwiſchen befindlichen Punkten nichts als eingegrabene Circumflexe oder lateiniſche S zu beobachten im Stande iſt. Wenn der Hut alt wird, ſo verwandeln ſich dieſe Circumflexe in unregelmäſſige die vorigen noch übrigen Punkte an Gröſſe weit über-

obscure sanguineus plus minus bulbosus atque solidus est.

Caro interne pariter atque tubi pulcherrime flavescunt. Sed libero aëri expositi adeo velociter in coeruleum abeunt, ut non nisi singulari solertia naturalem illum colorem flavescentem supervenire liceat. Coeruleum istud de momento ad momentum intensius saturatur et post horam unam alteramve penitus in suspectam pariter ac foedam nigredinem terminatur.

Ego jam sub finem Julii inveni hunc fungum in sylvis frondosis atque montosis copiose crescentem ad latera septentrionalia tempestate humida simul atque calida in nemorosis desertis ubi de anno ad annum copia truncorum foliorumque putrefactorum terram elementis organicis impraegnatam atque fertilem reddidit.

Apud nos communiter pro venenato habetur, neque in foris venditur; utique color luridus et maxima ejusdem in corruptionem pro-

treffende Löcher. Der Strunk geht vom olivengrün ins pomeranzenfarbige über, iſt mit einem purpurrothen Netz umgeben, in ſeinem untern Theile dunkelblutroth, bald mehr bald weniger zwiebelartig und voll.

Das Fleiſch ſowohl als die Röhren ſind innerlich ſehr ſchön gelb. Allein der freyen Luft ausgeſetzt geht dieſe Farbe ſo ſchnell ins Blaue über, daß man es beſonders geſchickt anſtellen muß, wenn man ſie auf einen Augenblick in ihrer vollen Pracht zu beobachten wünſchet. Dieſes Blau wird ferner von einem Augenblicke zum andern dunkler und geſättigter und verwandelt ſich zuletzt in eine eben ſo häßliche als verdächtige Schwärze.

Ich fand dieſen Schwamm ſchon zu Ende des Julius häufig an der Nordſeite der Berge in dichten einſamen Laubwäldern bey feuchter und warmer Witterung, da wo von Jahr zu Jahr ein häufiger Zuwachs von vermoderndem Holz und verweſenden Blättern die Erde düngen, und mit organiſchen Elementen durchdringen.

Hier zu Lande hält man ihn insgemein für giftig und pflegt ihn gar nicht zu Markt zu bringen. Und in der That ſcheint auch ſeine verdächtige Farbe und

pensio revera suspicionem inducunt haud inanem. In Polonia hunc fungum cineribus assatum a rusticis in alimentum verti, autopta me docuit. Sed et saepius vomitus vehementissimos gravesque sopores insecutos fuisse ingenue fatebatur.

seine ungemein große Neigung zur Fäulung dieſen Argwohn zu rechtfertigen. Indeſſen hat mich ein Augenzeuge belehrt, daß ihn die Bauern in Pohlen in der Aſche gebraten verſpeiſen. Allein er verſicherte mich zugleich, daß auf dieſen Genuß ſehr oft heftiges Erbrechen und gewaltige Betäubung erfolgten.

XVIII. PHALLUS IMPUDICUS. L.

Ph. volvatus stipitatus pileo celluloso. Linn. Syst. Veg. ed. 15. (cur. Persoon.) p. 1017. Pers. Syn. II. p. 243. Bolton fung. t. 92. Bull. herb. p. 276. t. 182. Schäffer fung. bav. t. 196 — 198. Oeder fl. dan. t. 175. Houttuin vollſt. Pflanz. Syſt. XIII. Thl. 1te Abth. S. 494. *seq. Gleditsch fung. 55. no. 2. Host Syn. p. 648.*

18. Der Gichtſchwamm.

Stretmorchel, Stinkſchwamm, Hirſchbrunſt über der Erde, Gichtmorchel, Sterzmorchel, Meerſchwamm, Hexeney, Teufelsey.

Definitio.

Phallus Mycelii volva albicante laevi coriacea persistente.

Encarpio niveo, extus reticulate lacunoso pervio pilei gelatina fru-

Charakteriſtik.

Der Wulſt des Schwammgewächſes weißlich, glatt, lederartig, dauerhaft.

Der Fruchtkörper ſchneeweiß, äuſſerlich netzartig, grubig, durchbohrt: die Frucht-

ctificante viridi, fugaci, foetidissima.

gallerte des Hutes grün, vergänglich, äusserst stinkend.

Historia naturalis.

Naturgeschichte.

Mycelium hujus Phalli ovum animale ad summum usque fastigium repraesentat. Incipiamus itaque ab ovo! Magnitudine et figura minus definitis ovi gallinacei plerumque aemulum, tactu tamen molle et quasi coriaceum laeve nitoris expers, colore album vel pallide ex fusco flavescens atque ad lucem adhibitum paullisper diaphanum, statione tandem modo gregarium modo solitarium est. Saepe flagellas radiciformes ex receptaculo suo demittit, ex quibus denique nova ac plerumque minora ova enasci consueverunt. Per centrum dissectum sequentia exhibet, nimirum 1mo membranam exteriorem illius vices fungentem, quae in ovo animali Corion appellari solet; 2do mucilaginem gelatinosam, veluti Liquorem amnii; 3tio membranam ovi interiorem Amnii secundariam; 4to materiam gelatinosam obscure viridem maximeque foetentem, quae

Das Schwammgewächs dieses Gichtschwammes gleicht einem thierischen Eye im höchsten Grade. Laßt uns daher vom Ey an die Geschichte beginnen! Die Größe und die Gestalt sind zwar an diesem Schwammgewächse am wenigsten bestimmt: dennoch gleicht es am allerösterten einem Hühnereye. Es ist aber weich und gleichsam lederartig anzufühlen, glatt in seiner Oberfläche, jedoch ohne Glanz, von Farbe weiß oder blaß bräunlichgelb, etwas durchscheinend und wird bald einzeln bald Haufenweise angetroffen. Oft treibt es wurzelförmige Ranken aus seinem Fruchtboden hervor, aus welchen nachher neue, meistens kleinere Eyer zu entstehen pflegen. Mitten durchschnitten bemerkt man von aussen nach innen zu folgende Schichten, als 1tens die äussere Haut, welche mit der Aderhaut (Corion) eines thierischen Eyes analog ist; 2tens den gallertartigen Schleim, der hier die Stelle des Nahrungssaftes vom Schafhäutchen (Liquor Amnii) zu vertreten scheinen dürfte; 3tens, die innere

pileum erumpentem obtegit et sporulas continet; 5to membranam niveam in lineolas verticaliter impositas excurrentem seu pilei ipsius substantiam; 6to stratum cellulosum s. stipitis immaturi rudimentum; 7mo tandem cavitatem internam totius futuri Encarpii.

Haut des Eyes, die Stellvertreterin des Schafthäutchens; 4tens die dunkelgrüne äusserst stinkende gallertartige Materie, welche den Hut bei seinem Ausbruche bedeckt, und die Schwammkeime enthält; 5tens eine schneeweiße in senkrecht darauf stehende Linien auslaufende Haut, die eigentliche Substanz des Hutes; 6tens eine zellichte Schichte oder den Anfang des Strunkes; 7tens endlich die innerliche Höhlung des ganzen nachmaligen Fruchtkörpers.

Maturescente Encarpio Volva apice in 3 vel 4 lacinias disrumpitur pileumque transmittit. Stipes basi attenuatus arcte insidet receptaculo ovi, quod Centrum Vegetationis in hoc genere constituere videtur. Ab hoc elevatur ad 3 usque 6 pollicum altitudinem, interne vacuus externe vero eleganter atque tenuiter rugoso lacunosus et candidus, apice denique iterum attenuatus et plerumque pervius.

Sobald dieser Fruchtkörper seine Reife erlangt hat, so berstet der Wulst in 3 oder 4 Lappen und läßt den Hut durchdringen. Der an seinem Grunde verengte Strunk sitzt auf dem Fruchtboden des Eyes fest, welcher Fruchtboden das Centrum der Vegetation in dieser ganzen Gattung zu enthalten scheinet. Von demselben erhebt er sich zu einer Höhe von 3 bis 6 Zoll. Er ist innerlich hohl, äusserlich aber zierlich und sehr zart geunzelt und grubichtgefurcht, von Farbe schneeweiß; endlich an der Spitze ist er abermals verengt und mit einer meistens offenen Mündung versehen.

Pileus (Encarpio maturo) laxe insidet in summitate stipitis orifi-

Der Hut sitzt (bey ausgewachsenem Fruchtkörper) ganz locker auf der Spitze

cium annulo membranaceo cingens et quandoque penitus cooperiens. Totus plicis compressis decurrentibus atque Morchellae more anastomosantibus obvallatus ac tandem (recens e volva exortus) liquamine atrovirente gelatinoso dense illinitus conspicitur. Hoc liquamen ex innumeris sporulis rotundis constans odorem penitus intolerabilem exhalat, quem quidem simillimum putavi foetori ex cadaveribus lue venerea consumptis expanso, interjecta tamen aliqua Radicis Cochleariae Armoraciae volatili gratia. Interea haec gelatina diversis ex caussis citissime disparet. Etenim vel imbre abluitur, vel sole exsiccatur, vel, quod frequentissime accidit, a muscis ab hoc foetore e longo allicitis unius alteriusve horae spatio penitus devoratur; vel tandem ab humore specifico, ex interiore stipitis per foramen pilei exsudante solvitur observante Tode (confer ej. Beitrag zur Geschichte des Gichtschwammes in den Schriften der Berlin. Gesch. naturf. Fr. B. III. p. 242 — 246. et B. VI. p. 278 — 281.)

des Strunkes. Er umgiebt die erstenerwähnte Mündung mit einem häutigen Ringe und bedeckt oder verschließt solche zuweilen gänzlich. Er ist in seiner ganzen Oberfläche mit schmalen länglichen, nach Art der Morcheln anastomosirenden herablaufenden Falten bedeckt, und endlich (gleich Anfangs nachdem er aus dem Ey hervorgedrungen) mit einem schwarzgrünen gallertartigen Wesen dicke überzogen. Diese Flüßigkeit besteht aus einer zahllosen Menge runder Schwammkeime, und verbreitet einen vollends unerträglichen Gestank, welcher sehr ähnlich mit demjenigen zu seyn scheinet, der aus den halbverfaulten Leichen venerischer Personen ausduftet, wenn man sich noch das Annehmliche von dem Geruche des Meerrettiches (Kren) hinzu denket. Unterdessen verschwindet diese Gallerte sehr bald und zwar aus mancherlei Ursachen: denn sie wird entweder vom Regen abgewaschen oder von der Sonne ausgetrocknet; oder aber, was wohl das gewöhnlichste zu seyn pfleget, sie wird von den Fliegen, welche dieser Gestank aus weiter Entfernung herbeylockt, in ein paar Stunden vollends aufgezehret; oder endlich sie wird von einem spezifiken Menstruum, welches aus dem Innern des Strunkes durch die Mündung des Hutes ausschwitzt, aufgelöset nach wail. Tode's Be-

obachtung (man vergleiche deſſen Beytrag zur Geſchichte des Gichtſchwammes in den Schriften der Berlin. Geſch. Naturforſch. Freunde. B. 3. S. 242 — 246 und B. 6. S. 278 — 281.

Crescit in sylvis montosis pariter ac in collibus apricis, imo inter saxa nuda non minus quam ex muscorum pulvinari mollissimo vel ex arborum morbosarum putredine, dummodo fontes subterraneae vel pluviae diuturnae ejusdem Vegetationem adjuvent. Ova translata per dies neglecta, imo dissecta, si tantum maturefacta sint, tamen emittunt Encarpia, ut ipse expertus fui. Provenit a Julio usque ad Septembrim, quibusdam annis frequentissimus, aliis autem plane deficere videtur.

Er wächſt in Gebirgswäldern, eben ſowohl wie auf ſonnichten Hügeln, ja ſelbſt auf kahlen Steinklippen wie aus dem weichen Beet der Laubmooſe oder aus dem Moder ausgehohlter Baumſtämme, wenn nur unterirdiſche Quellen oder anhaltender Regen ſeine Vegetation begünſtigen. Die Eyer von ihrem Standorte weggenommen, wenn ſie auch mehrere Tage lang vernachläſſiget worden, ja ſelbſt durchſchnitten treiben dennoch den Fruchtkörper empor, wenn ſie anders genug gewachſen waren, welches ich ſelbſt erfahren habe. Man findet ihn vom Julius bis in den September in einigen Jahren ſehr häufig, in anderen gar nicht.

In usus superstitiosos aliosque *) ova seu Mycelia hujus fungi inaperta vertuntur, praecipue vero pulvis

Die Eyer oder Schwammgewächſe dieſes Schwammes werden zu allerlei, beſonders abergläubiſchen *) und anderen Ab-

*) Perinde etiam jam in scriptis veterum sub nomine Manium Cacodaemoniumve ova ut portenta Naturae describuntur.

*) Man trifft daher ſchon in den Schriften der Alten vielerlei Wundergeſchichten von denſelben und ſeinen Eyern an, die ſie Hexen- oder Teufelseyer nannten und für nichts geringeres als für natürliche Geſpenſter anſahen.

exsiccatorum pro Aphrodisiaco canibus, vaccis ipsisque hominibus sed plerumque malo cum effectu datum fuit, Abortu aliisque functionum muliebrium vitiis ex nimia forte Dosi inductis. In Arthritide jam a Veteribus exhibebatur. Melius forte in ulceribus cancrosis tentandus foret. Saltem fraternus Mokusin (Phallus Mokusin L.) in iisdem a Sinensibus cum successu adhibetur.

ſichten verwendet, insbeſondere aber wird das Pulver der getrockneten als ein den Zeugungstrieb erweckendes Mittel denen Hunden, Kühen und ſelbſt den Menſchen eingegeben, allein meiſtentheils mit üblem Erfolge (vielleicht wegen allzuſtarker Doſis?) indem dadurch das Abortiren und viele andere Fehler in den weiblichen Verrichtungen verurſacht worden. In der Gicht wurde er ſchon von den Alten empfohlen. Mit beſſerem Nutzen würde er vielleicht in den krebsartigen Geſchwüren anzuwenden ſeyn. Wenigſtens wird ſein Geſchlechtsverwandter Mokuſin (Phallus Mokusin Lin.) von den Chineſen in denſelben mit Vortheil gegeben.

Legantur de hoc fungo praecipue:

Von dieſem Schwamme verdienen noch vorzüglich nachgeleſen zu werden:

Schäffers Abh. vom Gichtſchwamme. Regensb. 1760, in 4to.

Fellner diss. inaug. sist. Prodrom. ad hist. natur. fungorum. Viennae 1775. 8vo. p. 65.

Matthiolus, Clusius etc. etc.

XIX. AGARICUS (GYMNOPUS) MOUCERON.

Agaricus Mouceron. Bull. Champ. t. 142.
Agaricus graveolens. Sowerby Fung. Tab. 281. *exclusa Synon.*
Agaricus pallidus. Schæff. Fung. bav. T. I. Tab. 50. *Ind. p.* 22. *Persoon. Comment. p.* 20.

19. Der Raßling.

Gelber Raßling; Muceron; Mousseron; Rösling.

Definitio.

Mycelio araneoso, tenuissimo, diffuso, sordes compingente.

Encarpio subsolitario concolori, stipite inferne incrassato integerrimo, pileo convexo irregulari crasso, lamellis confertis angustatis.

Historia naturalis.

Mycelium tenuissimum pallidum sordes terreas et putrefacta vegetabilia textu araneoso compingit. Ubi

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs Spinnewebartig, überaus fein, zerſtreut, in die Erdunreinigkeiten verwickelt.

Der Fruchtkörper faſt einſam, einfärbig, der Strunk voll, unterhalb verdickt, der Hut gewölbt, unregelmäſſig, dick, die Lamellen ſchmal und gedrängt.

Naturgeſchichte.

Das äuſſerſt zarte blaſſe Schwammgewächs verbindet die Unreinigkeiten des Erdbodens und die verfaulten Ueberbleibſeln der

tandem intenſius coalitum, Encarpium globuli forma efflorescit. Encarpia ista modo solitaria modo aggregata apparent, pro eo, quo massa Mycelii magis minusve accumulata fuit: Nonnunquam et unum alterumque lateraliter concrescunt et sic tandem diversae et mirabiles prorsus monstrositates inveniuntur. Sic vidi minores in superficie pilei inferiori lamellis penitus destitutas seu steriles, adeo, ut alius Elvellam seu Clavariam dixisset, nisi gradus et dispositionem localem vidisset.

Gewächſe mit ſeinem Spinnengewebe. Wo es dann dichter angehäuft iſt, da entſteht ein Fruchtkörper von Kugelförmiger Geſtalt Dieſe Fruchtkörper erſcheinen bald einſchichtig, bald geſellig, je nachdem die Maſſa des Schwammgewächſes weniger oder mehr angeſchwollen war. Zuweilen wachſen auch ein Paar Fruchtkörper der Länge nach ſeitwärts zuſammen: und ſo entſtehen denn noch allerhand oft ganz wunderliche Mißgeburten. So ſah ich kleinere Stücke, an denen der Untertheil des Hutes gar keine Lamellen hatte, und die alſo ſteril waren, daß man ſie für einen Falten- oder Keulenſchwamm hätte halten mögen, wenn man die ſtufenweiſen Uebergänge und die Vertheilung auf ihrem Standorte nicht geſehen hätte.

Stipes, etſi ceterum variabilis, semper tamen, relate ad pileum, crassus, ad basin plus minus adauctus atque integerrimus est. Pileus in junioribus fere globosus, in maturis magis dilatatur, remanente tamen convexitate quadam atque cacumine. Margine plerumque involutus, superficie inaequalis, primo albidus, dein vero vel totus pel pro parte dilute fuscescit. Carne turget solida et adeo crassa ut vix parem in tota Agaricorum Familia opponere liceret. Lamellae cum stipite paullisper pileo pallidio-

Der Strunk, obſchon im übrigen ſehr verſchieden, iſt jedoch immer, im Vergleich gegen den Hut, dick, an ſeinem Grunde mehr oder weniger aufgeloſſen, und innerlich voll. Der Hut iſt im jugendlichen Alter beynahe Kugelförmig, im reiferen wird er etwas erweitert, bleibt jedoch auch dann noch etwas gewölbt, und behält ſeinen Gipfel. Am Rande iſt er meiſtentheils eingerollt, nach ſeiner Oberfläche uneben, von Farbe anfangs weißlich, nachher bald durchaus bald nur Fleckweiſe Semmelfarben. Er iſt voll eines derben und ſo dichten Fleiſches, daß er in dieſem Belange vielleicht

res non ultra unam alteramve lineam latitudinis metiuntur; excurrunt e puncto inter stipitem pileumque intermedio serie irregulares et maxime coarctatae ut vix ab alio superentur.

unter allen Blätterschwämmen nicht seines Gleichen hat. Die Lamellen sind, so wie der Strunk, nur um ein Weniges blasser als der Hut, sie messen in der Breite nur 1 bis 2 Linien, und sind ungefähr mitten zwischen dem Hute und dem Strunke befestigt; sie sind ohne irgend eine Ordnung eingereiht und gedrängter als fast in irgend einem anderen.

Magnitudine Encarpia praecipue differunt. Dantur matura, quae a basi stipitis ad usque pilei apicem vix dimidium pollicem metiuntur, dantur alia quae ultra 3 pollices habent. Diameter pilei altitudini totius Encarpii plerumque aequalis est.

Habitat in faginetis montanis ad terram inter radices et ligna putrefacta, minus frequens, mense Majo.

Diese Fruchtkörper weichen am allermeisten in der Größe von einander ab. Es giebt welche, die in ihrem reifen Alter kaum einen halben Zoll, es giebt andere, die über 3 Zoll hoch werden. Der Durchmesser des Hutes gleicht meistentheils dem Maß seiner Höhe.

Man trifft diesen Schwamm im Mayenmonde in gebirgichten Buchenwäldern an der Erde zwischen Wurzeln und Holzmoder; er ist jedoch etwas seltener.

In foris passim venditur, deliciosus et fragrans quantum ullus. Adhibetur ad juscula in speciem condimenti, Merulii Chantarelli quodammodo aemulus, sed gratia et aromate omnes propemodum superans, imo ipsum Tuber esculentum.

Zuweilen wird er auch auf dem Markte feilgebothen; auch ist er so schmackhaft und wohlriechend, als nur irgend ein anderer. Man bedient sich seiner als einer Würze zur Verbesserung der Brühen, indem er mit dem Röhrlinge einige Aehnlichkeit hat, jedoch an Lieblichkeit und Gewürzhaftigkeit beinahe alle, ja selbst die Trüffel übertrifft.

XX. AGARICUS (LACTIFLUUS) PALLIDUS. PERS.

Agaricus pallidus, cespitosus, pileo umbilicato subviscoso, subincarnato-pallido, lamellis stipiteque elongato dilutioribus. Pers. Syn. fung. II. p. 431. Sowerby fung. tab. 143.

Agaricus incarnatus. Pers. Disp. fung. p. 64.

Agaricus subinvolutus. Batsch. El. t. 37. f. 204.

20. Der Pfefferling.

Wilder Silberplätling. Leibfarbener Milchschwamm.

Definitio.

Mycelio byssaceo griseo terram compingente exscindente;

Encarpii stipite integerrimo obconico, pileo pallido, demum infundibuliformi, lamellis subsimplicibus angustatis decurrentibus bifidis.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs Byſſusartig, grau, mit Erde vermengt, auszeichnend.

Der Strunk des Fruchtkörpers voll, umgekehrt Kegelförmig, der Hut gelbbräunlich, zuletzt Trichterförmig, die Lamellen faſt einfach, ſehr ſchmal, herablaufend, entzweygeſpalten.

Auctoritatem celeberrimi editoris Synopseos fungorum in hoc opere sequi severa legis sanctione mihi proposui, etsi fortassis alibi mentem meam circa familias, genera et species fungorum in multis dissentientem recludere, si parcum tempus curarumque aliarum moles minus adversa fuerit, candido veritatis amore impulsus destinaverim. Sic, quod praesentem fungi conformationem adtinet, ad ejusdem interim normae regulas nomine notisque specificis distinguo, revera autem, ut ingenue fatear, nec minime pro diversa ab Ag. piperato specie habeo.

Sowerbeji Synonimon incertus adduxi. Etenim lamellae in illius figuris multo magis distant et multo latiores sunt, quam in nostro specimine. Cum vero cetera omnia cum isto nostro maxime conveniant, ex vitio pictoris potius errorem figurarum surrepsisse suspicor. Etenim similes

Ich habe es feſt bey mir beſchloſſen, in dieſem Werke mich einzig an die Richtſchnur der Synopſis des Dr. Perſoon zu halten, obgleich ich in der Folge anderswo vielleicht meine wahren Geſinnungen in Beziehung auf die Familien, Gattungen und Arten der Schwämme, welche freylich hievon in manchem Punkte abweichen, freymüthig zu erklären gedenke, wenn anders die Stunden der Muſſe mir nicht zu kärglich ausgemeſſen, und die Laſt meiner übrigen Angelegenheiten mir nicht unüberwindliche Hinderniſſe in den Weg ſtellen ſollten. Dieſem zufolge unterſcheide ich denn einſtweilen nach dem Beyſpiel jener erſtgenannten Richtſchnur den gegenwärtigen Schwamm durch einen ſpezifiken Nahmen und eben ſolche Differenzialcharaktere: in der That aber, wenn ich es aufrichtig geſtehen ſoll, halte ich ihn mit dem weiſſen Pfefferling ganz und gar nur für einerlei Art.

Sowerby's Synonimon habe ich hiebey zweifelhaft angeführet. In ſeinen Figuren ſind nähmlich die Lamellen viel weitſchichtiger und viel breiter, als ſie in meinen Exemplaren waren. Da aber dieſelben in allen übrigen Stücken mit unſerm gegenwärtigen Subjekte vollkommen übereinſtimmen, ſo ſcheint mirs, daß jene Abwei-

errores permultos tum in eodem opere tum etiam in aliis observavi et per experientiam scio, artifices in hoc proportionis discrimine facilius aberrare, quam in ullo alio, nisi a Botanico adstante moneantur atque corrigantur.

Mycelium pariter ac in omnibus Lactifluis tenuissime byssaceum, dilute griseum insigni Parenchylei quantitate Coagulum quasi cum terra permixtum repraesentat, et, ubi Encarpium egreditur, ita condensatur atque distinguitur, ut quodammodo receptaculumformet, cum stipitis basi tamen undique tenerrimis fibris conjunctum.

Stipes integerrimus, solidus, crassus nonnunquam ad 3 usque pollicum altitudinem elevatur. Superne, ubi in pileum indistinctum transit et a lamellis decurrentibus absconditur, volumine pedetentim augetur; (res, quae pariter in Sowerbeji figura minus observata fuit!) Pileus, in junioribus, acuminatus obtuseque umbo-

dungen vielleicht durch ein bloßes Versehen des Malers entstanden seyn dürften. Denn ich habe derlei Fehler ziemlich viele sowohl in diesem als in andern Werken wahrgenommen, und habe mich durch die Erfahrung belehrt, daß der Künstler in diesem Scheidepunkte sich leichter als in irgend einem andern verirre, wenn ihm nicht der Botaniſt zur Seite steht, und ihn vor solchen Uebereilungen warnet.

Das Schwammgewächs ist hier, wie überhaupt in allen Milchschwämmen, überaus fein Byssusartig, blaßgrau, und bildet durch seinen ausserordentlichen Ueberfluß von Schwammfeuchtigkeit gleichsam einen mit Erde gemengten Brey: es wird da wo der Fruchtkörper heraustreten soll, dermassen verdichtet und zusammengezogen, daß es beinahe einen Kelch bildet, womit jedoch das Grundstück des Strunkes mittelst überaus feiner Fasern allenthalben verbunden ist.

Der Strunk ist innerlich ganz voll, dick, und wird zuweilen bis auf 3 Zoll hoch. Oberhalb, nähmlich da, wo er in den unzertrennten Hut übergehet, und wo er von den herablaufenden Lamellen bedeckt wird, wird er allmählig dicker: (ein Verhältniß, welches in Sowerby's Figur ebenfalls nicht zu erkennen ist!) Der Hut, welcher bei jüngern Exemplaren zugespitzt und stumpf

natus, in adultis deprimitur atque tandem ita reflectitur, ut infundibuliformis appareat. Superficie parum viscosus et colore dilute incarnate-pallidus atque in medio circulis aliquot rugularum squammularumque notatus est. In junioribus margo involutus, in adultis expansus et passim rupturis ad Centrum verticalibus divellitur.

Lamellae relatae ad magnitudinem pilei (qui nonnunquam 4 pollices diametri habet) perangustae sunt et vix ultra 2 lineas metiuntur. Colore pileo pallidiores sunt et a stipite ad marginem usque pilei utrinque attenuatae excurrunt. Breviores passim longioribus sine ordine intermixtae, plurimae vero in variis decursus punctis divisae seu bifidae sunt. Dichotomas seu subdivisas ulterius vidi nullas. Lac acre fundunt, praecipue si tempestas calida sit, et solum natale humiditate abundet.

Mit einem weißen, faſerichten, Wurzelförmigen Schwammgewächs;

Der Fruchtkörper geſtrunkt, einfärbig, Schneeweiß, Raſenartig, der Strunk faſt gebogen, der Hut halb kugelrund, die Lamellen weitſchichtig.

Descriptio.

Mycelium siccum fibrosum candidum, radicularum more veluti Epidendrum corticem ligni faginei inhabitat. Ubi densius aggregatum fuit, ibi pro copia Parenchylei in Rhacodium inspissati Encarpii cespes major minorve efflorescit.

Encarpii hujus cespites elegantissimi in ligno sine ordine sparsi Naturae facillimae ideam inspirant. Scilicet amabilis illa negligentia et lassae ejusdem munditiae spectatorem nullo prorsus rigiditatis fastidio afficiunt. Stipites liberrimo simul ac jucundissimo saltu adscendunt, lineisque colubrinis ad omnia latera flectuntur. Interim quantumvis aspectu graciles videantur, reapse tamen firmi et quidem adeo tenaces sunt, ut non nisi notabili difficultate verticaliter discindi valeant. Majorum porro illa cum minoribus, tenerrimisque inordinata permixtio non minus spectaculi gratiam adauget. Nempe tanta conformationis, directionis, complexus atque proportionis diversitas in fungo alioquin oculos capiente novum quodam-

Beſchreibung.

Das trockne, faſerichte, hellweiſſe Schwammgewächs ſitzt Wurzelförmig wie gewiſſe Schmarozerpflanzen auf der Rinde des Buchenholzes. Dichter angehäuft erhebt es ſich nach Verhältniß ihres aus der Conzentration ihrer Schwammfeuchtigkeit entſtandenen Schwammfilzes in einen bald gröſſeren bald kleineren Raſen von Fruchtkörpern.

Der Anblick dieſer ungemein ſchönen auf dem Buchenholze ohne aller Ordnung zerſtreuten Haufen von Fruchtkörpern iſt ganz geeignet, das Wonnegefühl der natürlichen Leichtigkeit zu erwecken. Jene liebenswürdige Unbefangenheit, und dieſe einfältige Artigkeit mögen freylich wohl jeden Eckel vor dem Steifen und Gezwungenen von der Stirne des Beobachters verſcheuchen. Frey und mit jugendlicher Munterkeit erheben ſich die Strünke, und biegen ſich in Schlangenlinien nach allen Richtungen. So geſchmeidig indeſſen dieſe Strünke ausſehen; ſo ſind ſie deſſen ungeachtet doch feſt und zwar ſo zähe, daß man Mühe hat, ſie ſenkrecht von einander zu ſchneiden. Nicht weniger angenehm läßt ihnen auch jene Unordnung, in welcher hier die gröſſern mit den kleinſten und zärtlichſten durcheinander hingeworfen zu ſeyn ſcheinen. Bey einem Schwamme, der ſchon

modo delectationis genus persentiscere facit. Quod cetera attinet, stipes externe cortina ex Epicarpio continuata munitus in speciminibus juvenilibus faciem lamellarum obtegente, tandem vero discedente annulumque spectabilem attamen fugacem sistente atque infra hunc annulum in fibrillas squammulasque plus minus soluta. Supra annulum, pileo aperto, stipes sulcatus apparet. Interne turget carne solida candida, paullisper tamen gelatinosa, diaphana *) Abit in pileum carnosum haemisphaericum candidissimum subpellucidum, circumcirca radiatim striatum, quod tamen vix ab alia causa, quam a Lamellarum situ translucente derivandum esse videtur. Nonnullum umbonis vestigium, ejusdemque pigmentum laevissimum fuliginosum in pileo observabis. Lamellae subadnatae, latae, triplicis seriei, distantes atque candidae sunt. Dimensione maxi-

ohnedem die Aufmerksamkeit eines jedweden Beobachters auf sich ziehet, erzeugt allerdings eine so große Mannigfaltigkeit der Bildung, der Richtung, der Stellung und der Verhältniße ein ganz eigenes Gefühl und eine ganz neue Art von Entzücken. Im Uibrigen ist der Strunk von einer aus der Fruchthaut entsprungenen Schleyerhaut bekleidet, welche bey den jüngern Individuen die Lamellen verhüllet, nachher vom Hute sich lostrennet, und einen Anfangs zwar ansehnlichen, jedoch sehr bald vergänglichen Ring bildet, und sich unterhalb desselben bald mehr bald weniger in Fasern und Schuppen zerpflücket. Bey geöffnetem Hute entdeckt man, daß der Strunk oberhalb des Ringes gefurcht ist. Innerlich ist er mit einem derben hellweissen, jedoch auch zum Theil gallertartigen und durchsichtigen Fleische angefüllt. *) Oben geht er in den Hut über, welcher fleischig, halbkugelrund, Schneeweiß, durchscheinend und ringsherum Strahlenartig gestreift ist, welche letztere Erscheinung jedoch ganz allein aus der Lage

*) Substantia hujus fungi interna ideam lentis crystallinae oculi animalis mihi in memoriam revocavit, scilicet lentis ex animali demortuo, quae jam magnam claritatis suae jacturam fecit.

*) Die inwendige Substanz dieses Schwammes erinnert mich sehr lebhaft an die Crystallinse eines thierischen Auges, freylich wohl nur von einem todten Thiere, da sie dann bereits einen grossen Theil ihrer Durchsichtigkeit verlohren.

mus, quem videram, in stipite 3 ad 5 lineas Diametri et 4 pollices altitudinis, in pileo vero unum cum dimidio pollicem exhibebat.

der durchſcheinenden Lamellen hergeleitet und erklärt werden muß. Wenn man ihn recht aufmerkſam betrachtet, ſo bemerkt man eine ſchwache Spur von einem etwas Rußfärbigen Nabel. Die Lamellen ſind halb angewachſen, breit, 3reihig, weitſchichtig und hellweiß. Der größte, den ich ſah, maß am Strunke 3 bis 5 Linien im Durchmeſſer, und 4 Zoll an der Höhe deſſelben, der Hut hatte anderthalb Zoll im Durchmeſſer.

Totum hujus fungi Encarpium adeoque et pileus et stipes, quatenus cortina vestitus est, vernice splendidissimo atque ut videtur gelatinoso, ad tactum vix humido neque facile abstergendo illinitum novum huic fungo ornatum suppeditat, neque me recordor in toto regno vegetabili vehementiorem unquam elegantioremque splendorem observasse, qui tamen objecta non reflectit, cum fungi substantia diaphana et figura semiglobosa penitus adversentur.

Der ganze Fruchtkörper dieſes Schwammes, ſowohl der Hut als wie der Strunk, ſoweit als nähmlich der letztere von der Schleyerhaut bekleidet iſt, prangt mit einem überaus lebhaft glänzenden und wie es ſcheint, Gallertartigen, jedoch dem Gefühle nach faſt trockenen Firniß, welcher nicht leicht abgewiſcht werden kann, und der dieſem Schwamme eine ganz beſondere Pracht zueignet. Ja ich erinnere mich nicht, in dem ganzen Gewächsreiche noch jemals einen lebhafteren und ſchöneren Glanz geſehen zu haben, welcher indeß dennoch nicht wie ein Spiegel das Bild der Gegenſtände reflektirt, da dieß ſeine Durchſichtigkeit und die runde Geſtalt unmöglich machen.

Odor ingratus perfecte atramentum refert. Sapor, ni fallor, acidulus et quodammodo nitrosus videbatur.

Der Geruch iſt widerwärtig, und gleicht vollkommen dem Geruche unſerer gewöhnlichen Tinte. Der Geſchmack kam mir ſäuerlich und Salpeterartig vor.

Habitat sero autumno rarius in fagis demortuis, tum et in frustis fagineis simul cum cortice in cellariis aliisque locis tectis conservatis.

Man findet ihn zwar ziemlich selten, im Spätjahre auf abgestorbenen Buchen, so wie auch in Holzmagazinen, wo Buchene Scheiter aufbewahret werden, an welchem sich noch die Rinde befindet.

XXVIII. AGARICUS (MYCENA) MARKII.

28. Der Kellernagelſchwamm.

Definitio.

Ag. Mycelio contexto, candido, supero, volvam mentiente;

Encarpio stipitato, tenero, niveo, pileo umbonato, diaphano, substantia centrali crenato-radiata minusque diaphana notato, Lamellis tenuissimis subdecurrentibus; stipite gracili, flexuoso, farcto.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs verwebt, hellweiß, oberflächig, eine Wulſt vorſtellend.

Der Fruchtkörper geſtrunkt, zart, ſchneeweiß, der Hut genabelt, durchſcheinend, die Mitte des Hutes von einer weniger durchſichtigen Strahlenförmig gekerbten Subſtanz, die Lamellen ſehr fein, faſt herablaufend, der Strunk ſchlank, biegſam, voll.

Historia naturalis.

Mycelium tenuissimum candidum macularum forma efflorescit in cellariis subterraneis, ubi vinum conservatur, ad dolia vetusta (sive plena sive evacuata!) trabesque subjecta.

Naturgeſchichte.

Das überaus feine hellweiſſe Schwammgewächs kömmt in Geſtalt weiſſer Flecken zum Vorſchein, und zwar in Weinkellern an alten Fäſſern, (gleichviel, ob ſie voll oder leer ſeyn mögen!) wie auch an den unterge-

ex ligno quercino confectas, quarum tota superficies a Byssorum demortuorum copia profunde nigrescit. In centro colligitur in capitulum, ex cujus tandem lanugine Encarpium extollitur stipite suffultum gracili, flexuoso, inferne parum incrassato, superficie laevi primum candido per aetatem fusco maculato.

legten Balken (Satteln) von Eichenem Holze, deren ganze Oberfläche von dem Uiberzuge abgestorbener Haarmooſe bereits eine tiefe Schwärze erhalten. Mitten wird es zu einem Köpfgen, aus deſſen wolligter Subſtanz dann der Fruchtkörper hervorkömmt, welcher auf einem ſchlanken Strunke ruhet, und dieſer Strunk iſt endlich mannigfaltig gebogen, am Grunde ein wenig verdichtet, in ſeiner Oberfläche glatt, anfangs rein weiß, im ſpäteren Alter aber hie und da braun geflekt.

Pileus primum campanulatus, deinde patulus in adultis saepius infundibuliformis evadit, margine tamen inflexo et hinc inde convoluto. Centrum pilei hujus ceterum diaphani elegantissima macula minus diaphana et quasi radiata distinguitur, quae circumcirca in crenulas elegantissimas deliquescit. Haec quandoque pilei superficie ipsa paullisper elevata melius dignoscitur. In medio hujus maculae umbo depressus conspicitur, qui tamen in aliquibus, quae vidi, speciminibus penitus deficere videbatur. Versus marginem pileus effectu lamellarum translucentium pro versione luminis modo hic modo alibi plus minus radi[illegible] conspicitur. Sub-

Der Anfangs Gloekenförmige Hut wird nachher erweitert und bey alten nicht ſelten Trichterförmig mit eingerolltem Rande. Der Mittelttheil dieſes übrigens durchſcheinenden Hutes zeichnet ſich durch eine ſehr niedliche und gleichſam Strahlenförmige dunklere Bemahlung aus, welche ringsum in ſehr artige Kerben ſich zertheilet. Zuweilen wird dieſe noch durch eine gewiſſe Erhabenheit auffallend. Im Mittelpunkte derſelben bemerkt man einen niedrigen Nabel, welcher jedoch in vielen Exemplarien auch gänzlich zu fehlen ſcheinet. Am Rande ſieht der Hut nach der verſchiedenen Wendung gegen das Licht, vermöge der durchſchimmernden Lamellen bald mehr bald weniger Strahlenförmig gezeichnet aus. Die Subſtanz des Hutes iſt faſt wie bey dem gemeinen Na-

stantia inops veluti Ag. Clavus congenerum modum atque ordinem servat.

Lamellae candidae congestae in stipitem decurrunt.

Magnitudine mirifice variat, adeo quidem, ut minima, quae nostris oculis subjecta fuere Encarpia, etsi perfecta, vix dimidiam pollicis altitudinem, pilei vero diameter ne quidem lineæ mensuram attingeret, cum interim alia et quidem maxima ultra 4 pollices altitudinis et pilei unum cum dimidio latitudinis haberent. Gregatim sane sed non cespitose crescit ita quidem, ut quodlibet Encarpium proprio suo Mycelio suffultum conspiciatur, quod quidem in omnibus magnitudini Encarpii proportionatum, sed in maximis Marasmo quasi consumptum fuisse videtur.

Stipes adeo irregulariter in omnes directiones flectitur, ut non raro pileum penitus inversum et lamellas sursum spectantes observare liceat.

Odor valde gratus, fere Ag. Mycaenae esculenti, statio atque affinitas fungulum penitus esculentum opinari permittunt.

Habitat minus frequens in cellis vinariis ad dolia vetusta trabesque

gelschwamme, und wie bey allen den übrigen Arten dieser Familie mager und dünne.

Die hellweißen gedrängten Lamellen vereinigen sich herablaufend mit dem Strunke.

Die Größe dieses Schwammes ist sehr unterschiedlich, so zwar, daß die kleinsten vollständigen Exemplare die mir zu Gesicht kamen kaum die Höhe eines halben Zolles erreichten, da im Gegentheile die größten 4 Zoll an Höhe und anderthalb Zoll im Durchmesser des Hutes hatten. Er pflegt zwar gesellig, jedoch nicht Rasenartig zu wachsen, und es hat ein jeder Fruchtkörper sein besonderes Schwammgewächs, und dieses Schwammgewächs ist zwar immer im Verhältniße zur Größe des Fruchtkörpers, jedoch scheint es in den ältern Individuen wie aufgezehrt und erschöpft zu seyn.

Der Strunk biegt sich dermassen nach allen Seiten, daß die Hüte zuweilen ganz umgekehrt zu sehen sind, und daß die Lamellen auf der Oberseite stehen.

Der Geruch ist sehr angenehm, fast wie bey dem eßbaren Nagelschwamme. Hieraus kann man dann sowohl wie aus seiner Verwandtschaft und aus seinem Standorte schliessen, daß er eßbar seyn möge.

Er ist nicht ganz gemein in Weinkellern, wo er an alten Fässern und an deren Unter-

subjectas neque minus ad plena quam ad alia, quae jam dudum evacuata sunt. Cumque apud Nostrates omnia, quae ad Conservationem vini pertinent, ex mero ligno quercino conficiantur, ad maximam fungorum huic arbori addictorum congeriem conscribendus esse videtur, etsi subterraneus sit, et forte non ad alia quam vinulenta ligna efflorescat.

Novæ hujus Mycenae speciei, quam etiam ipsemet in cellariis olim propriis iteratim inveneram, ab incunabulis usque amicissimus atque carissimus mihi Leopoldus Mark Oeconomus Claustroneoburgensis magnam quantitatem in cellario suo lectam anno proxime praeterito transmisit. Cumque ipsi non modo plurimas observationes botanicas debeam, sed et prima artis nostrae dilectissimae fundamenta atque adminicula, cum porro indefessus ille plantarum observator permultas jam species Austriae indigenas detexerit, quamquam non ipsemet promulgasset; non immerito nec praeter leges artis aliquid moliri credidi, cum ejusdem mihi dulcissimum nomen nova hac fungi specie

lage hervorzutreiben pfleget, und zwar eben so wohl an vollen als an leeren. Da nun aber hier zu Lande alle dasjenige was zur Aufbewahrung des Weines gehört, nur von Eichenholze gemacht wird, so scheint er zu dem großen Haufen derjenigen Schwämme zu gehören, die man als Parasyten der Eiche aufzuzählen befugt ist; obschon er übrigens als unterirdisch dem Pluto und als Weingast dem Bachus geweiht ist, da er wahrscheinlich nur auf Weingrünem Holze wächst.

Herr Leopold Mark, Landökonom zu Klosterneuburg, welcher schon von der frühesten Kindheit an mein Busenfreund und stäts mein treuer Gefährte war, schickte mir im letztvergangenen Jahre von dieser neuen Schwammart, welche ich vormals auch schon selbst mehrmalen in meinem eigenen Keller gefunden hatte, eine nahmhafte Menge aus dem seinigen. Und da ich demselben nicht nur eine grosse Menge botanischer Beobachtungen, sondern selbst meinen ersten Unterricht in dieser so liebenswürdigen Gelehrsamkeit der Botanik, und so viele Hilfsmittel bey meinen Fortschritten in derselben zu verdanken habe, da er endlich von jeher ein überaus fleißiger und genauer Pflanzenforscher gewesen, und wirklich die österreichische Flora durch so manche Entdeckung bereicherte, obschon ihn seine Bescheidenheit

in ultimam usque posteritatem continuare tentarem.

abhielt, ſie ſelbſt öffentlich bekannt zu machen, ſo glaubte ich weder unbedachtſam noch wider die Regeln der Botanik zu handeln, wenn ich es wagte, ſeinen mir ſo ſchätzbaren Nahmen durch die Benennung dieſer neuen Schwammſpezies zu verewigen.

XXIX. AGARICUS (LACTIFLUUS) RUBER. PERS.

Agaricus Lactifl. ruber: gregarius majusculus, pileo depresso, ochraceo-rubro, lamellis flavescentibus, stipite crassiusculo pileo concolore. Pers. Syn. fung. II. p. 433. Albertini et Schweinitz Conspect. fung. p. 210.

Agaricus ruber. Flor. d. Wetterau III. 2te Abth. p. 325.

Agaricus Lactifluus Linn. Sp. pl. 1641. Villars pl. de Dauphiné. T. III. p. 1014. Jacq. Enum. p. 195. Krapf Schw. II. Heft S. 5. T. 1. fig. 1 — 3. Schultes fl. austr. II. p. 196. Host. Syn. austr. p. 639. Schœpfer fl. Oenipontana. p. 293. Schœff. fung. bav. Tab. 5. Sowerby t. 204.

29. Der Goldbrätling.

Prätling, Milchschwamm, Rother Prätling, Brätling, Bretling, Brettling, Brötling, Bratbülz, Milchbülz, Brückling, Süßling.

Definitio.

Ag. Mycelio cano floccoso terram conglutinante;

Encarpio gregario stipitato lactescente, stipite solido pallido pileoque

Charakteristik.

Das Schwammgewächs weißgrau, flockicht, die Erde zusammenleimend;

Der Fruchtkörper gesellig, gestrunkt, Milchgebend, mit einem vollen blaßgelben

ochraceo - rubro tandem resupinato pruinosis, lamellis subdecurrentibus flavescentibus.

Historia naturalis.

Mycelium abundanti Parenchylei copia terram conglutinat in pastam griseam, ex qua circumcirca Rhacodium tenuissimorum floccorum forma Byssaceo more efflorescit. Superne in patellulam cum stipitis basi cohaerentem condensatur.

Stipes plerumque gregarius vel solitarius, raro cespitosus variat altitudine, proportione atque figura. *) Dantur specimina quorum stipes altitudine crassitiem non excedit, et alia in quibus stipes decies longior quam

Strunk, einem gelblich rothbraunen zuletzt umgekehrten bereiften Hute und etwas herablaufenden gelblichen Lamellen.

Naturgeschichte.

Das Schwammgewächs leimt die Erde mittelst seiner übermässigen Schwammfeuchtigkeit in einen grauen Teig zusammen, aus welchem dann ringsherum der Schwammfilz in Gestalt feiner Byssusartiger Flocken hervortreibt. Oberhalb verdichtet es sich in ein mit der Basis des Strunkes zusammenhängendes Schüsselchen.

Der meistentheils gesellige, zuweilen einsame, in sehr seltenen Fällen Rasenartige Strunk variirt in der Höhe, in den Verhältnissen und in der Gestalt. *) Es giebt Stücke, in welchen der Strunk eben so dick als hoch ist, es giebt andere, deren Strunk

*) Momento, quo hoc refero, novas varietates stipite excentrico, adscendenti, stipitibus longitudinaliter connatis, pileo convoluto, et aliam pileo a rimis Epicarpii concentricis radiatisque pulcherrime tesselato conspiciendi occasio datur.

*) Eben da ich dieses schreibe, erhalte ich einige neue Spielarten, z. E. mit einem ausser dem Mittel eingefügten Strunke, mit einem aufsteigenden mit der ganzen Länge nach zusammengewachsenen Strunke, mit eingerolltem Hut, und endlich eine andere mit einem eingelegten Hute, d. i., an welchem sich die konzentrischen und die Strahlenförmigen Risse der Fruchthaut sehr artig durchkreuzen.

crassus est; in aliis ad 5 pollices in aliis iterum vix unicum pollicem extollitur. Ceterum modo aequalis atque cylindricus, modo basi tumidulus et veluti bulbosus et alias iterum potius obconicus seu versus basin attenuatus apprehenditur. Interne pollet carne solida rigidaque attamen in medio, saltem apud adultiores suberosa rimisque horizontalibus, copiosissimis dissoluta pallida. Externe laevis carneo fuscescens et pruina rufescente infucatus apparet. Superne transit in pileum carnosum, depressum et in junioribus non raro globosum vel haemisphaericum margine plus minus repandum in centro vero umbone minus spectabili distinctum. In adultis hic pileus saepius in formam infundibuli resupinatur, rimisque a limbo versus centrum directis dissecatur. Colore ex aurantio badius variat adeo quidem ut modo hujus modo alterius pigmentum praevaleat. Superficies laevis est et non nisi pruina quadam tenuissima albicante infucatus observatur. Lamellae unam duasve lineas latae falcatae ex aureo quodam attamen impuro pigmento pallide flavescunt atque a peripheria pilei in stipitem

die Dicke wohl zehnmal an Höhe übertrifft, in einigen wird er bis 5 Zoll hoch, in andern kaum einen. Uibrigens ist er bald gleichdick oder cylindrisch, bald am Grunde etwas dicker und gleichsam Zwiebelartig, und wieder ein andersmal verkehrt Kegelförmig, d. i. am Grunde verdünnet. Innwendig ist er voll von einem blaßgelben derben festen Fleische, welches jedoch in der Mitte, wenigstens bey ältern Exemplaren etwas Korkartig und in häufige quere Riße zertheilt ist. Von aussen ist er glatt, brunner oder bräunlichfleischfarben und mit einem röthlichen Reif angeflogen. Oben vereinigt er sich mit dem fleischigen niedergedrückten und in jüngern Individuen Kugel- oder Halbkugelförmigen mehr oder weniger ausgeschweiften Hute, dessen Mittelpunkt sich in einen ganz seichten Nabel erhebt. Im späteren Alter streckt dieser sehr oft seinen ganzen Rand dergestalt empor, daß er wie ein Trichter aussieht, und es entstehen hie und da Spalten vom Rande nach der Richtung der Lamellen. Seine Färbung besteht in Pomeranzengelb und Kastanienbraun, so zwar, daß bald dieses bald jenes die Oberhand gewinnet. Seine Oberfläche ist ganz glatt, und nur mit einem sehr feinen weißlichen Reife überzogen. Die Sichelförmigen 1 bis 2 Linien breiten Lamellen sind blaß, jedoch nur unrein gelbgelb, und lau-

usque arcuatim decurrunt interpositis tamen minorum inter majores duabus tribusve seriebus.

fen in einem Bogen vom Rande des Hutes bis an den Strunk herab. Man beobachtet 2 bis 3 Reihen von kürzeren zwischen den längeren.

Vulneratus pileus lac stillat album guttatim depluens, quandoque et sponte discedens.

Wenn man den Hut verletzt, so tröpfelt eine weisse Milch heraus, welche jedoch auch zuweilen schon von freyen Stücken herausschwitzt.

Habitat in sylvis montosis, praecipue in faginetis adultis, sed et saepius in acerosis observatur, dummodo statio humida sit et humus particulis organicis nutrientibus abundet. Colligitur ab initio Augusti usque ad finem Septembris.

Er wohnt gewöhnlich in gebirgichten alten Buchenwäldern, jedoch auch öfters in Nadelwaldungen, aber nur im nassen und fetten Boden. Man holt ihn vom Anfange des August bis zum Ende des Septembers.

Minus copiose habetur in foris et caro pretio divenditur, cum utique non nisi in magna ab urbe distantia v. gr. prope Weidling, Kierling et sim. colligatur.

Auf dem Markte findet man ihn nicht gar zu häufig, und er ist auch ziemlich theuer, besonders da man ihn ziemlich weit von der Hauptstadt suchen muß, z. B. bey Weidling, Kierling u. s. w.

Sapor gratissimus leniter acris aromaticum aliquid refert, quod respectu graveolentiae musti fermentantis ideam excitare posset. Sanitati non infestus, etsi minus depurgatus vel negligenter concoctus debilitantium stomachis aliquando dolores, aldominisque tormina induxerit.

Der Geschmack ist äusserst delikat, etwas scharf und Gewürzhaft, so daß sein Geruch mit den Dämpfen vom gährenden Most einige Aehnlichkeit zu haben scheinet. Der Gesundheit ist er gar nicht gefährlich, wenn gleich jezuweilen reizbare Subjekte von dem Genuß schlechtgekochter und nachlässig gereinigter Stücke Magenschmerzen gefühlt.

Sufficienter concocto cum cremore lactis, butyro et sale non modo ex fungorum sed ex tota materiae culinariae copia nil unquam gratius catillasse reminiscor.

haben ſollten. Iſt er aber gut gedünſtet, mit Sahne (Milchrahm) Butter und Salz zugerichtet; ſo iſt er ſo wohlſchmeckend, daß ich mich keines angenehmeren Gerüchtes zu erinnern wüßte, nicht allein von allen Arten der Schwämme, ſondern von allen Näſchereien, die uns die Küche liefert.

XXX. DAEDALEA GIBBOSA. PERS.

Daedalea gibbosa: gregaria pileo subtomentoso albido: basi gibboso porrecto, subtus pallido margine poroso, sinulis angustis rectis. Pers. Syn. fung. II. p. 501.

Agaricus Labyrinthiformis. Hoffm. Nomencl. fung. p. 256.

Agaricus dubius. Schœffer fung. bav. t. 231. Ind. p. 56. Pers. Comment. p. 95.

Boletus sinuosus. Sowerby. fung. t. 194.

30. Der Bukelichte Labyrinthschwamm.

Definitio.

Der Scleromio concolori gibboso duro, lirellis rectis a margine undique remotis

Charakteristik.

Das Mittelgewächs gleichfärbig, Bukelig, hart, die Furchen gerade, vom Rande um und um entfernt.

Daedaleam, Sistotrema atque Boletum unius ejusdemque generis esse; certissima me quidem experientia docuit. Qualiscunque Boletus, sive stipitatus sive sessilis sit et vel substantia mollis, pulposus, deliquescens, vel compactus, durus et lignosus (Igniariis forte solis exceptis, qui proprium genus constituere videntur!) si diutius persistat, poris suis easdem Metamorphoses subit, quales supra apud Sistotrema versicolor pag. 61 et seq. observavi. Ex adverso omnes Persoono sic dictae Daedaleae species ab initio veri Boleti sunt, et differentia vaga in eo solum consistit, quod Metabolium unius Boleti citius et magis notabiliter permutetur quam alterius; neque hoc quoad species adeo diversum reprehenditur, sed in una eademque specie pro diversitate tempestatis et valetudinis in eadem penitus specie plus minusve accidit. Tandem eadem species nunc in Sistotrematis potius et nunc in Daedaleae formam permutatur. Adeoque omnes Daedaleae et omnia Sistotremata nil nisi veri Bo-

Eine unzweifelhafte Erfahrung hat mich zu der Uiberzeugung geführet, daß die Labyrinthschwämme, Wandel- und Löcherschwämme zu einer und der nähmlichen Gattung gehören. Jeder Löcherschwamm, er sey gestrunkt oder auffitzend, er sey von Substanz weich, markig, wässerig oder derb, hart und Holzartig (vielleicht mir einziger Ausnahme der Zunderpilze, die eine eigene Gattung auszumachen scheinen!) erleidet, sobald er älter wird, die nähmlichen Verwandlungen, welche ich oben S. 61 und folg. bey dem bunten Wandelschwamme beschrieben habe. Im Gegentheile sind alle Labyrinthschwämme Persoons Anfangs wahre Löcherschwämme, und ihr wankelhafter Unterschied besteht bloß in dem, daß der Verwandlungsboden des einen früher und merklicher diese Veränderung erleidet, als der eines anderen. Und selbst dieses beschränkt sich nicht soviel auf die Art, als es anderseits von den Abänderungen der Witterung und der Vollkommenheit der Individuen abhängt. Die nähmliche Spezies verwandelt sich endlich zuweilen mehr in die Gestalt eines Labyrinthschwammes, und ein andersmahl in die eines Wandelschwammes. Es sind demnach alle Labyrinthschwämme und alle

leti sunt. Observavi eandem Metamorphosim in pluribus quam 30 Boletorum, Sistotrematum Daedaleamque speciebus et ipsos Suillos ab eadem non penitus alienos esse apertissime perspexi. Interea tamen, ne perturbatio ex nominum mutatione oriatur, hoc loco genera Persooniana intacta observare consultum duxi. Id solum lectorem monere contendo, ut in methodo fungorum conscribenda omnes hasce Daedaleae Sistotrematisque species ad Boleti genus reducere sine dubio commoveatur.

Wandelschwämme nichts anders als Löcherschwämme. Ich habe dieses an mehr dann 30 verschiedenen hiehergehörigen Arten beobachtet; und sah deutlich, daß selbst die mit dem Schweinspilzlinge verwandten Arten davon nicht ganz entfernt zu seyn pflegen. Nichtsdestoweniger habe ich doch beschlossen, um keine Nahmenverwirrung zu veranlassen, es hier bey denen von Persoon festgesetzten Gattungen nun einmal bewenden zu lassen. Meine Absicht gehet nur dahin, den Leser zu erinnern, daß er bey einer allenfalls neu zu entwerfenden Schwammethode die Arten der Labyrinth- und Wandelschwäme, mit besserem Fuge unter die Löcherschwämme eintheilen würde.

Praesentem vero speciem veram Persooni Daedaleam gibbosam esse, quilibet, qui definitionem Synopseos cum nostro specimine comparare velit, se facile persuasum habebit. Omnia verbatenus conveniunt etsi figurae Bulliardi ab eodem citatae ad aliam penitus speciem respicere videantur; et contra potius tab. 231. Schæfferi sat bonam ideam illius exhibeat, quam tamen cell. Persoon in Commentario citato pro mera Daedaleae quercinae varietate declarat.

Ich hoffe übrigens, daß Niemand, wenn er unser gegenwärtiges Exemplar mit Persoons Definizion wird verglichen haben, zweifeln werde, ob unsere Art auch wirklich seine Daedalea gibbosa sey? Alles stimmt damit von Wort zu Wort überein, obgleich die in Persoons Synopse citirten Figuren des Büliard zu einer ganz anderen Spezies zu gehören scheinen: wo vielmehr die 231te Tafel des Schäffer als ziemlich richtig hätte angeführt werden können, da doch Persoon entgegen den dort abgebildeten Schwamm für eine bloße Varietät vom Eichenlabyrinth-

Daedaleae praesentis Sclerotium Quercubus viventibus parasyticum a Daedaleae quercinae Sclerotio constanter differt Substantia multo crassiori magisque compacta nec spongiosa, qualis in Daedalea quercina esse solet. Pileus nunquam adeo porrectus, sed potius directione verticali extensus, superficie valde gibbosus Zonisque destitutus, margine obtusissimo et in junioribus quasi tumidulo gaudet. Sed haec omnia forte minus certa minusque essentialia videri possent. Lirellae vero, quae in Daedalea quercina circumflexae et vario modo conformatae sunt, in hac praesenti constanter rectae et praeterea multo minores atque angustiores observantur. Ceterum colore varias Naturae aberrationes, quas tamen omnes cell. Professoris Stoll benevolentiae debeo, conspicere licuit, scilicet penitus niveum, fusco-pallidum atque lividum. Figurae Sowerbeji praeterea virides-centem repraesentant.

schwamme in seinem Commentar über den Schäffer erkläret.

Das Mittelgewächs dieses Labyrinthschwammes, welches nur an lebendigen frischen Eichen angetroffen wird, unterscheidet sich standhaft von dem Eichenlabyrinthschwamme durch seinen dickeren Körper und durch seine härtere gar nicht zellichte Substanz. Sein Hut ist niemals so sehr vorwärts gestreckt, sondern vielmehr senkrecht ausgedehnt, die Oberfläche ist sehr Bukelig und hat keine Binden, aber einen sehr stumpfen aufgedunsenen Rand, besonders in den jüngeren Individuen. Allein dieses alles dürfte vielleicht zur Wesentlichkeit seiner Charakteristik nicht hinreichend zu seyn scheinen! Aber die Furchen, welche bey dem Eichenlabyrinthschwamme gekrümmt und mannigfaltig gestaltet sind, erscheinen hier immer ganz gerade und sind noch überdies viel kleiner und enger als bey jenem. Ich verdanke es übrigens der Freundschaft des Herrn Professor Stoll, daß ich nicht nur diese, sondern auch noch mehrere andere Abänderungen der Farbe zu Gesichte bekam, nähmlich einen ganz Schneeweißen, einen gelbbraunen und einen Bleyfarbenen. Ueberdies stellen uns die Figuren des Sowerby auch noch einen grünlichen vor.

Provenit per aestatem, sed cum duritie vix ab ullo superetur, sine anxietate pro fungo perenni dari poterit.

Usus explorandus cum Igniariis penitus contingere videtur.

Man fand ihn im Sommer; allein seine ausgezeichnete Härte läßt vermuthen, daß er perenniren möge.

Seinen Gebrauch muß man erst noch erforschen. Wahrscheinlich stimmt er mit dem des Zunderschwammes ganz überein!

XXXI. AGARICUS (CORTINARIA) SUBFERRUGINEUS.

Agaricus subferrugineus. Batsch El. fung. Cont. II. p. 7. tab. XXXI. fig. 186. a et b.

31. Der Roſtfarbene Schleyerſchwamm.

Der Roſtbräunliche Fleiſchſchwamm.

Definitio.

Mycelio terrestri sordide pallido evanescente;

Encarpiis subgregariis livido-ferrugineis, pileo pulvinato inaequali, lamellis saturate cinnamomeis, stipite solido crasso bulboso, intus pallide livescente fibroso rigidiusculo.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs mit der Erde vermengt, ſchmuzig blaßgelb, verweslich;

Die Fruchtkörper halbgeſellig, halb Bleyfärbig, halb Roſtbraun, mit einem gepolſterten, unebenen Hute, ſtark zimmetbraunen Lamellen und einem vollen, dicken, knollichten, innerlich blaßbleyfarbenen, faſerichten, etwas ſpröden Strunk.

Historia naturalis.

Nitidae hujus speciei neque in Synopsi *) nec alibi mentionem factam invenio præter cell. Batschii Synonimon superius citatum, quo loco de hac specie sequentibus verbis disserit:

„Agaricus subferrugineus (no. 186.) bulbosus, lividus, brunneo-canus, stipite crasso, bulboso, fere toto in pileum diffluente, laminis oblongis, parvis, ferrugineis, stipite pileoque fibrosis.

Pileus pulvinatus, mollis, ubique obtusus, subudus, in superficie hinc inde exsiccatus, ibique cinereo fibrosus. Substantia fere aequaliter e di-

*) Agaricus Cortinaria umbrinus Pers. Syn. fung. II. p. 280. huic quidem valde affinis videtur: sed in nostro pileus inaequalis, saepissime rimosus, stipes bulbosus fusco-griseus (nec coeruleseens!) lamellae confertae saturate cinnamomeae et praeterea fungus integer plerumque major data Agarici umbrini mensura.

Naturgeſchichte.

Ich finde weder in Perſoons Synopſis *) noch ſonſt irgendwo eine Erwähnung der gegenwärtigen Schwammſpezies, als einzig in der oben angeführten Stelle des Batſch, wo er dieſelbe mit nachfolgenden Worten abhandelt:

„Der Roſtbräunliche Fleiſchſchwamm. Ein knolliger, mißfarbiger, eisgrauer, ins tiefbraune fallender Schwamm, mit einem dicken knolligen Stiele, der ſich faſt ganz in den Hut ausbreitet, länglichen kleinen roſtbraunen Blättchen, und einer faſerigen Oberfläche des Hutes und Stieles.

Der Hut iſt gepolſtert, weich, ganz ſtumpf gebildet, etwas feucht, und nur an den mehr trocknen Stellen grau und faſerig geſtrichelt. Das Weſen des Hutes wird vom

*) Perſoons Agaricus Cortinaria umbrinus (Syn. fung. II. S. 280.) ſcheint zwar dem unſrigen ſehr nahe verwandt zu ſeyn: allein dieſer unſerige hat einen unebenen meiſtens riſſigen Hut, einen zwiebelartigen braungrauen (nicht einen bläulichten!) Strunk, gedrängte, ſatt zimmetbraune Lamellen, auch iſt dieſer ganze Schwamm gewöhnlich gröſſer als Perſoons ſeiner ſeyn ſollte.

latato stipite versus marginem tenuatur.

Stipes in superficie siccus, et magis canus, obesus, inferne totus desinens in bulbum crassum liberum, basi fuscescentem. Superne striae laminares acutae in eo decurrunt.

Annulum araneosum nullum vidi.

Laminae laxae, oblongae, inferne arcuato-convexae, majores prope stipitem subobtuse truncatae, pone truncaturam angusto appendice, eoque albente, in stipite decurrentes. Alternant ordine triplici, majorum numerus circiter 60. Color aequalis ferrugineus.

Substantia pallida, ferrugineo-fuscescens, alba, in aëre demum magis griseo-brunnea evadens, in stipite bulboque fibrosa, plerumque larvis exesa.

Unicum exemplar legi in sylvula Forst die 28. Sept. 1788."

Huic descriptioni praestantissimae sequentia pauca subjungam:

Encarpia, etsi quandoque solitaria, plerumque tamen gregatim efflorescunt et ita quidem, ut ad pedem majoris et penitus expansi (veluti sobo-

Stiele gegen den Rand faſt gleichförmig verdünnt.

Der Stiel hat eine trockene und mehr eisgraue Oberfläche, iſt aufgeſchwollen, und verliert ſich faſt ganz in einen dicken freyſtehenden, unten etwas bräunlichen Knollen. Ganz oben laufen ſcharfe Streifen von den innern Enden der Blättchen an ihm herab.

Einen ſpinnewebartigen Ring hab ich nicht bemerken können.

Die Blättchen ſind ſchlaff, länglich, und haben unten einen bogig erhobenen Rand; die größern ſind nahe am Stiele ſtumpf geſtutzt, laufen aber hinter dieſer Abſtumpfung mit einem ſchmalen und weislichern Anhange am Stiele herunter. Die Blättchen ſtehen in dreyfacher Ordnung, und haben eine roſtbraune Farbe. Der größern ſind etwa 60.

Das Weſen iſt von blaſſer Farbe, weiß und etwas roſtbräunlich, in der Luft wird es zuletzt mehr graubraun. Im Stiele und Knollen iſt es faſerig, und meiſt von Maden durchfreſſen.

Ich fand ein einziges Exemplar am 28. September 1788. im Forſt."

Dieſer vortrefflichen Beſchreibung will ich nur noch ein Geringes hinzufügen.

Die Fruchtkörper ſind zwar zuweilen einſam, jedoch viel öfter geſellig, ſo zwar, daß am Fuß eines ganz entwickelten, größern mehrere Nachkömmlinge (ſo gleichſam

les circa matrem) plurima juvenilia, stipitibus globulosis pileique capitulis clausis denso agmine erumpant, quae quidem jucundum madidae infantiae, ac inviolatae vegetationis exemplum constituunt, tamen vix unquam adolescere atque ad primarii perfectionem pertingere, sed vel in statu infantili simul cum illo perire vel saltem omni ratione minores et lepidi pumiliones illius superbiam extollere conspiciuntur. Interea tamen venusta quadam juventutis togula nitent! Alma Natura mater hanc legem inviolabilem sancivit, ut omnes creaturae viventes introitum suum in theatrum mundi decore quodam ipsius digno adornent, hilarique facie seniorum amores sibi concilient, quo fortius in illius cultum abripiamur, quo clarius cognoscamus, omnem nostram beatitudinem in conformitate vitae cum legibus Naturae consistere, omniaque, quae ab his aberrant, nil nisi foedam molestiam, depravationem atque interitum nobis procreare.

wie eine kleine Schaar Kinder um ihre Mutter herum versammelt) mit kugelförmigen Strünken und verschlossenen kopfförmigen Hüten in gedrängter Menge hervorsprossen, die zwar ganz und gar ein liebliches Sinnbild der vollsäftigen Kindheit und der munterſten Vegetationskraft darstellen, aber demungeachtet fast niemals zur Reife gelangen oder den Zustand der gänzlichen Entwicklung wie der Hauptschwamm erreichen, sondern entweder mit sammt demselben schon im kindlichen Alter verwesen, oder doch zum wenigſten in allen Verhältnissen kleiner bleiben, und in der artigen Gestalt munterer Zwerglein nur darum da zu seyn scheinen, um durch ihren Abstand dem Stolz des ersteren zu huldigen. Indessen fehlt es doch auch ihnen nicht an dem gefälligen Wohlstand der Jugend! Die wohlthätige Mutter Natur hat es sich zum unverbrüchlichen Gesetze gemacht, alle lebendige Wesen bey ihrem ersten Eintritt in den Schauplatz der Welt mit einem gewissen Anstand, der ihrer würdig ist, auszustatten, und ihnen durch ein heiteres Entgegenlächeln die Gunst der ältern zu erringen; und sollten wir sie nicht darum noch inniger verehren, sollten wir dadurch nicht noch lebhafter überzeugt werden, daß unser ganzes irrdisches Glück einzig in der Beobachtung einer naturmässigen Lebensweise bestehe, und daß jede Abweichung von ihren

Sic quoque praesentis Agarici specimina juvenilia nitore blando, rigida succulentia, scitaque canitie colorisque cujuscunque recentia, circulis porro concentricis versicoloribus pilei, totiusque circumferentiae verticalis figura belle turbinata gratum aliquid spectatori exponunt et quietam in ipsius mente hilaritatem gignunt, quae forte sollicita de Naturae nunc obdormientis serio adspectu ultimas jam Florae gemmulas, non sine tristitia tacitaque reminiscentia gaudiorum praeteritorum modo solitarias ardue conquisivit, in mente, dico, praejudiciis non depravata neque otiosa inertia hebetata, sed qua oportet diligentia attentione atque teneritate, studio Venustatis Cultuque Naturae purissimo exercitata. Fulgentia tantum atque eminentissima illius ornamenta insciorum oculos alliciunt, longe alia profanorum ignaviae alte abscondita et quidem plurima undequaque dispersa Natura ministris discipulisque suis reservavit.

Gesetzen uns statt eines Vortheiles nur Eckel und Uiberdruß, Entstellung und Verderbniß bereite?

Eben so ziert auch die jugendlichen Stücke dieses Blätterschwammes ein lieblicher Glanz, eine vollsäftige Lebhaftigkeit, eine bepuderte Galanterie, eine frischere Tinte in jeder Art von Färbung, ferner die wechselfärbigen concentrischen Ringe des Hutes und die gewiß sehr niedliche kreuselförmige Gestalt des senkrechten Durchschnittes, und dieß alles zusammen erweckt dann in der Seele des Beobachters eine behagliche Heiterkeit, wenn sie auch schon vorher durch den traurigen Anblick der nun ernsthaften zum Winterschlaf sich bereitenden Natur melancholisch gestimmt war, sorgfältig die letzten Blümchen aufsuchte und mit stiller Wehmuth das Bild der vormaligen Schönheit und Munterkeit sich vormahlte. Aber freylich wohl kann hier nur von einer unverdorbenen, von Vorurtheilen unentweihten, durch anhaltende Thätigkeit gestärkten Seele die Rede seyn, von einer Seele die mit dem Studium der Schönheit vertraut, die Spuren der Weisheit und der Ordnung in der Verfassung der Natur mit der unbefangensten Reinigkeit und mit der edelsten Zärtlichkeit aufzusuchen und zu empfinden geübt ist. Die Sinne der Unwissenden reitzt bloß die hervorstechende Pracht der blendenden Naturseltenheiten. Schön-

Stipes hujus fungi in omnibus, quotquot vidi, speciminibus bulbosus erat, bulbo supra terram elevato utrinque attenuato.

In junioribus pileus valde contractus velo araneoso cinerascente cum stipite conjungitur, quod tandem circumcirca expansione dissolvitur et tam in pileo quam in stipite rudimenta filamentosa relinquit, in adult's vero plerumque penitus evanescit. Lamellae ab origine fusco-cinereae, maturitate atque exsiccatione colorem saturate cinnamomeum induunt pileumque apice dilatato excedunt. Pileus ipse per aetatem plus minusve in colorem cinnamomeum abit formamque vario modo gibbosam inaequalem margineque modo integram modo repandam exhibet. Circuli vero illi concentrici clariores cum obscurioribus alternantes, speciminibus nanis proprii, in majoribus vix unquam conspiciuntur. Caeterum saepe saeheiten von einer ganz andern Art, unzählbare, der Gefühllosigkeit der Ungeweihten gänzlich ungeahndete, über die ganze Schöpfung verbreitete Reize wußte die Natur ihren Verehrern, ihren Günstlingen vorzubereiten.

Der Strunk dieses Schwammes war in allen Exemplaren, die mir zu Gesichte kamen, mit einem über dem Erdboden erhöhten Knollen versehen und an beyden Enden verschmälert.

Eine graulichte, spinnewebenartige Schleyerhaut verbindet in den jüngern Individuen die sehr zusammengezogenen Hüte mit den Strünken; diese wird jedoch bald nachher durch die Erweiterung des Hutes zertrennt, und es bleiben sowohl am Hut als am Strunke faserichte Anhängsel als Uiberbleibsel derselben zu rücke, welche aber endlich bei den gänzlich ausgewachsenen auch gänzlich verschwinden. Die ursprünglich braungrauen Lamellen erlangen durch die Reifung und durch das Vertrocknen eine satt zimmetbraune Farbe, und reichen mit ihrer sehr erweiterten Spitze über den Rand des Hutes herab. Auch der Hut wird mit der Zeit bald mehr bald weniger Zimmetbraun, er ist übrigens mit verschiedenen Unebenheiten versehen, und am Rande herum bald ganz bald ausgeschweift. Was aber jene concentrischen, wechselsweise helleren und dunkleren Ringe

pius, more Hydni repandi rimis (praecipue centralibus) diversimode dissecatur.

Mensura maximus mihi visus stipite 3 unciarum longitudinem, pileoque 4 unciarum diametrum praestitit.

Anno praeterito 1805. permulta mihi ab amicis specimina adlata fuere, inter quae illa a clar. Dno. Stoll in horto Schoenbrunnensi nativa primaria, scilicet jam circa finem Augusti lecta, gratissimo animo suscepi atque exponenda duxi. Interim haec species diutissime continuat nempe usque ad initium Novembris, quo ultima in sylvis montanis specimina observata occurrerant.

Proprietates ignoramus, sed potius suspectis quam esculentis adnumerandus esse videtur, cum cultro divisus subito substantiae colorem permutet,

betrifft, so sind solche bloß den zwergartigen Individuen eigen, und man kann solche in den größeren nur äusserst selten gewahr nehmen. Ausserdem pflegt dieser Schleyerschwamm fast wie der Stockröthling durch mannigfaltige, jedoch meistentheils vom Mittelpunkt strahlenartig auslaufende Spaltungen sich zu zertheilen.

Das größte Stück, welches mir von dieser Art vorkam, hatte einen Strunk von 3 Zoll Länge, und einen Hut von 4 Zoll im Durchmesser.

Im vorigen Jahre 1805. wurde mir von mehreren meiner Freunde eine grosse Anzahl solcher Schwämme gebracht, worunter vornehmlich diejenigen, welche der Achtungswürdige Hr. Pr. Stoll aus dem Schönbrunnergarten mir mittheilte, die frühzeitigsten, nähmlich schon gegen das Ende des Augustmonathes gesammelt waren. Ich erwählte diese zum Merkmal meiner innigsten Dankbarkeit, und nahm sie zum Muster meiner Darstellung. Unterdessen dauert die Zeit dieses Schwammes ziemlich lang, nähmlich bis zu Anfang des Novembers, wo ich die letzten in Gebirgswäldern vorfindigen Exemplare zu sehen bekam.

Seine Eigenschaften sind uns unbekannt; dennoch scheint er eher den verdächtigen als den eßbaren beygezählet werden zu müssen, da er, wenn man ihn zerschneidet, die Far-

quod et aliis fungis venenatis commune est nec ulli esculentorum cognitorum.

Perinde monitum haud superfluum duco, illum bene distinguendum esse praecipue ab Agaricis (Pratella) campestri et (Lepiota) candicina quibuscum sat multis rationibus convenit. Ast a priori differt cortina araneosa ac lamellis basi emarginatis in stipite decurrentibus; ab utrisque vero stipite bulboso, substantia ad aërem mutabili lamellisque ad marginem pileum excedentibus.

be seines Fleisches schnell verändert; eine Erscheinung, die wir sonst auch bey mehreren giftigen Schwämmen, aber bey keinem der eßbaren bisher beobachtet haben.

Man hat daher Ursache genug, diesen Schwamm ja recht genau von andern ähnlichen, und vorzüglich vom Champignon und vom Stockschwamm zu unterscheiden, da er mit diesen beyden in vielen Stücken übereinkommt. Seine Verschiedenheit von dem erstern besteht in der spinnewebenartigen Schleyerhaut, und in den am Grunde ausgeschnittenen, am Strunke herablaufenden Lamellen, von beyden aber in dem knollichten Strunk, in der an der freyen Luft veränderlichen Farbe des Fleisches, und in der Gestalt der über den Rand des Hutes abwärts erweiterten Lamellen.

XXXII. AGARICUS (COPRINUS) CINEREUS. PERS.

Agaricus Copr. cinereus: pileo conico sulcato subtomentoso cinereo: apice lævi livido, margine demum lacerato inflexo, lamellis linearibus punctatis subflexuosis, stipite longo squammuloso. Pers. Syn. fung. II. p. 398.

Agaricus cinereus Schæff. fung. t. 100. *Fl. Dan. t.* 1195.

Agaricus tomentosus Bolt. fung. p. 156. *t.* 156. *Bull. Herb. t.* 138.

Agaricus pullatus. Bolt. fung. p. 20. *t.* 20.

32. Der aſchgraue Miſtſchwamm.

Definitio.

Ag. Mycelio albicante in volvae rudimentum producto;

Encarpii stipite fibroso, pileo conico, sulcato, squammuloso-tomentoso cinerascente apice denudato pallido.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs weißlicht, den Anfang eines Wulſtes bildend;

Der Fruchtkörper mit einem faſerichten Strunk und einem kegelförmigen, gefurchten, halb ſchuppicht, halb filzigem aſchgrauen, an der Spitze kahlen und bleichen Hute.

Historia naturalis.

Diu haesitavi, num hanc Agarici speciem pro Persooni Coprino cinereo tradere liceat vel potius pro nova penitus habenda sit? Sed jam me convictum fateor, primum affirmari debere, etsi certum sit, specimina nostra pluribus momentis tam a definitione Persooniana, quam a figuris citatis recedere. Ea demum ex causa pro nova ejusdem varietate nec tamen pro specie declarare consultum duco. Pileus enim sulcatus apice nudus, griseo-fuliginosus, squammulis resupinatis obsitus adeo constans atque essentialis character in Coprinorum grege esse videtur, ut cetera omnia potius aberrare posse credam etsi forte primo intuitu fungus toto coelo diversus videatur. Differt autem praesens nostra varietas a varietatibus α et β Persooni stipite subsolitario breviori, et statione nec terrestri sed in ligno putrescente! cetera enim potius juventuti quam aliae caussae adscribenda esse videntur.

Naturgeſchichte.

Ich war lange im Zweifel, ob ich dieſen für Perſoons aſchgrauen Blätterſchwamm, oder vielmehr für eine neue Art erklären ſolle? Allein ich finde mich nun endlich ganz beſtimmt, das erſtere zu bejahen; obſchon es übrigens gewiß iſt, daß meine Exemplare in mehreren Stücken ſowohl von der Perſoonſchen Charakteriſtik, als auch von den angegebenen Figuren abweichen. Ich erkenne ihn daher auch wirklich als eine neue Varietät deſſelben, wenn auch nicht als eine neue Spezies! Denn ich finde bei einer Art aus der Familie der Miſtſchwämme den Charakter eines gefurchten, an der Spitze kahlen, grau-ſchwarz-rußigen, mit zurückgeſchlagenen Schuppen dicht beſetzten Hutes ſo ſtandhaft und ſo weſentlich, daß mir alle die übrigen wandelbarer zu ſeyn ſcheinen, ſelbſt wenn der Schwamm ſonſt beym erſten Anblick im höchſten Grade verſchieden zu ſeyn ſcheinen ſollte. Es unterſcheidet ſich aber dieſe unſere Varietät von den Varietäten α und β des Perſoon durch einen faſt einſchichtigen kürzeren Strunk, durch ſeinen Standort auf faulem Holze, ſtatt daß die andern auf der Erde wachſen. Seine übrigen Verſchiedenheiten ſcheinen mehr in dem Alter der Stücke als in was andern ihre Grundurſache zu haben.

Stipes basi subbulbosus, volva fugaci lanuginosa cinctus, candidus, striatus, longitudinaliter fibrosus, jam in juventute fistulosus superne abit in pileum tenuem, obtuse conicum, ab initio pallide fuscescentem, deinde cinereum, radiatim atque elegantissime sulcatum, squammulisque tenerrimis resupinatis dense obsitum, praeter apicem, qui et colore pallido et laevitate distinguitur. Lamellae majores, intermixtis minoribus, lanceolatae, confertissimae, primum livescentes, per maturitatem vero in profundam nigredinem abeuntes et tandem penitus deliquescentes.

Enascitur passim autumno Viennae in suburbiis ad ligna putrida inter rejectamenta hortulanorum, et venenatis omnino adscribendus est cum omnibus reliquis hujus ordinis Coprinis.

Der am Grunde ein wenig knollige, von einem vergänglichen wolligen Wuist umgebene, weisse gestreifte, der Länge nach faserichte und schon in seiner Jugend röhrichte Strunk, erweitert sich oberhalb in den stumpf kegelförmigen Hut, welcher Anfangs blaß bräunlich, hernach grau wird, sehr niedlich Strahlenförmig gefurcht ist, und welchen ausser der bleichen und kahlen Spitze eine sehr grosse Menge überaus zarter, zurückgeschlagener Schuppen bedecket. Die grössern Lamellen, zwischen welchen sich auch kleinere befinden, sind Lanzettförmig, überaus gedrängt, Anfangs Bleyfärbig, werden aber endlich zur Zeit ihrer Reife Kohlenschwarz, und zerfließen am Ende in eine Jauche.

Er erscheint zu Wien im Herbste hie und da in den Vorstädten an faulenden Hölzern, besonders an den Stellen, wo die Gärtner ihren Unrath aufhäufen. Er ist sowohl wie alle die übrigen Mistschwämme für giftig zu halten.

XXXIII. AGARICUS (RUSSULA) ROSACEUS. PERS.

Agaricus Russ. rosaceus: pileo convexo-plano sublævi roseo s. dilute rubro, lamellis stipiteque albis. Pers. Syn. fung. II. p. 439. Albertini et Schweinitz Consp. fung. 212. Sprengel flora Hal. no. 1630.

Russula rosea Pers. Comment. p. 8. Schæffer ic. fung. t. 16. fig. 1. 2. 3. Pers. obs. myc. I. p. 100.

Agaricus sanguineus. Batsch El. fung. p. 39. t. III. fig. 13.

Agaricus pectinaceus. Bull. Champ. T. 509. fig. T. U.

Agaricus integer. Bolt. I. tab. 1. fig. infima. Vahl Fl. Dan. tab. 1009. fig. 1. Schultes Fl. Austr. II. p. 193. Host Syn. Austr. excluso Schæfferi Synonimo. Sowerby engl. fung. t. 201. fig. intermediæ.

Huc alterius refer. Krapf Schwämme I. p. 5. seqq. Tab. II. f. 10. t. IV. f. 1. 3. 5. et 8. Ellrodt Schwammpomona I. Heft. tab. II. fig. 2. lit. f.

33. Der Rosentäubling.

Speytäubling. Speyteufel. Hundstäubling. Bluttäubling. Gifttäubling. Rosenfarber Sautäubling.

Definitio.

Symphore-i terrae immersa squalida superne in receptaculum Encarpii depressa.

Charakteriſtik.

Der Schwammfilz in der Erde verborgen, ſchmuzig, in die Form eines Fruchtbehältes ausgehend;

Encarpii stipite crassiusculo adscendenti candido, lamellis pilei marginem exsuperantibus rectissimis distantibus subsimplicibus candidis, pileo inaequali mucido pallide purpurascente.

Der Fruchtkörper mit einem etwas dicken, aufsteigenden weissen Strunk, weissen, den Rand des Hutes übersteigenden, schnurgeraden, weitschichtigen, fast einfachen Lamellen, und einem unebenen, schleimichten, rosenfarbenen Hute.

Historia naturalis.

Sane res ardua est, ex tanta Auctorum perturbatione veritatem veluti ex occultissimis latebris eruere, qualis illa est, quae historiam praesentis fungi horrendis tenebris obscurat. Horrendis dico — non sine judicio! — nam distinctio, a qua valetudo, imo Vitae ipsius discrimina et quidem adeo frequenter dependent — certo certius non pro subtilitate scholastica sed pro doctrina maximi momenti habenda est! Sunt, qui plures, modo has modo illas species in unicam restringunt nominibusque diversis proponunt, alii Charybdim fugientes in Scillam incidunt, totque Russulae species construunt, quotquot vel coloris vel aetatis vel plenitudinis in speciminibus observatis Naturae ludibria deprehendunt. Quod vero maximam in hac causa difficultatem excitat, praecipitatio illorum est, qui

Naturgeschichte.

Es ist in Wahrheit eine schwere Aufgabe, bei einer so großen Verwirrung der Schriftsteller die reine Wahrheit aus den verborgensten Schlupfwinkeln hervorzusuchen. Fürchterlich und Schauderhaft ist die Dunkelheit, welche die Naturgeschichte dieses Schwammes umschattet! Denn wenn die Gesundheit, ja oft das Leben der Menschen davon abhanget, so darf man wahrlich eine genaue Unterscheidung nicht für eine elende Pedanterie halten, sondern man muß ihr den Preis einer höchstnützlichen Gelehrsamkeit zuerkennen. Einige Authoren ziehen bald diese bald jene Arten in eine zusammen, und stellen sie unter mannigfaltigen Benennungen auf; andere, die diesen Fehler sorgfältig vermeiden, machen sich dafür des entgegengesetzten schuldig, und erschaffen so viele Arten von Täublingen, als sie nur immer unter denselben Verschiedenheiten der Farbe, des Alters, der Vollkommenheit und der Naturspiele antreffen. Aber bei weitem die

vel sine respectu Synonimiae nominum copiam sine necessitate adaugent, vel falsa Synonima veris subjungunt, vel tandem adeo in vertiginem deflectunt ut qualitatibus specierum permutatis, quod de hac valet, de illa affirment, vel notas ipsas tandem characteristicas aliis quam debuisent speciebus adscribant, permixtas cum illis quae datae specici revera conveniunt.

Cell. Krapf, Ellrodt aliique de Russulis generatim tantum disserunt, quod vero differentias specificas adtinet, distinctiones rusticorum reddidisse sibi sufficiunt et jam multae in Bulliardo, Sowerbejo, Schaeffero, Krapfio aliisque Russularum figurae supersunt, circa quas Commentarius a posteris desideratur. Ut taceam illorum commenta, qui dicta magistrum verbatenus repetunt, sed tamen, soccordia detenti, locorum quos allegant numeros pessimo consilio adulterant.

Summa itaque cautio in delectu Synonimiae in fronte allatae mihi necessaria fuit. Sic, ut exemplo nitar, varietatem β Persooni (Syn. fung.

gröste Verlegenheit entspringt für uns aus der Übereilung derjenigen, welche bald ohne Handhabung der Synonimie das Heer der Nahmen ohne Ursache vermehren, bald falsche und ächte Synonime durcheinander mengen, oder endlich sich so ganz und gar verirren, daß sie die Eigenschaften der Arten verwechseln, diese ganz verkehrt angeben, oder die Kennzeichen der Arten von andern als welchen sie eigen sind angeben, untermengt mit einigen andern, die ihnen wirklich zukommen.

Krapf, Ellrodt und andere, die von den Täublingen überhaupt geschrieben haben, begnügten sich damit in Betreff der speciellen Unterscheidungsmerkmale, die Kennzeichen der Bauern angegeben zu haben; und es gibt noch so viele Figuren von Täublingen im Bülliard, Sowerby, Schäffer, Krapf und andern, deren Benennung und Erläuterung noch immer der Nachwelt vorbehalten worden. Ich will die Unrichtigkeiten derjenigen mit Stillschweigen übergehen, die, obschon sie die Aussprüche ihrer Vorgänger getreulich nachschreiben, dennoch mit unverzeihlicher Nachlässigkeit, die Nummern der angeführten Stellen verfälschen.

Ich mußte also in der Auswahl der oben angeführten Synonimie, die äusserste Behutsamkeit zu Hülfe nehmen. So habe ich z. E. Persoons Varietät β exalbicans

l. c.) exalbicantem dictam omittendam duxi, quia cell. Krapf in explicatione figurarum a Persoono citatarum earumdem specimina originalia esculenta fuisse et non nisi per exsiccationem erubuisse declarat, adeoque alius speciei fuisse videntur.

Jam quidem ingenue fateor, Russulas et praecipue rubicundas sibi adeo affines esse atque tot tantasque varietates subire, ut limites specierum inter easdem difficillime circumscribi valeant atque observari. Hoc non impediente me tamen ab erroribus Bulliardi et Sowerbeji abstinebo, ut omnes illorum figuras datas pro unica Russulae specie habeam, multo minus vero Agaricum (Gymnopum) Russulam Persooni, quem alii pari negotio cum dato Agarici integri Synonimo conjungunt.

Praesens nostra Russula rosacea, quantumvis pulchella, omnino venenatis adnumeranda est. Natura non verbis sed exemplis Sapientiae mysteria nobis interpraetatur. Quam ampla est turba insciorum, qui vano qualicumque splendore et ambiguis saepe illecebris in amorem atque admirationem abripiuntur! Pessimi quo-

(Syn. fung. a. a. O.) hinwegzulaſſen befunden, weil Weyland Herr von Krapf in der Erklärung der von Perſoon angezogenen Figuren angibt, daß die Originale derſelben eßbar waren, und nur durchs Vertrocknen röthlich wurden, und weil ſie eben darum von einer ganz andern Art zu ſeyn ſcheinen.

Nun muß ich es zwar treuherzig eingeſtehen, daß die Täublinge und beſonders die rothen ſich einander ſo ſehr ähneln, und dabei auch ſo viele Varietäten hervorbringen, daß es wirklich ſehr ſchwer wird, die Gränzen der Arten bei ihnen genau zu bemerken. Allein ich werde mich deſſenungeachtet von dem Fehler des Billiard und Sowerby enthalten, alle die von ihnen aufgeſtellten Abbildungen derſelben für eine einzige Art zu erklären. Noch viel weniger aber kann ich mich entſchlieſſen, dem Beiſpiele derjenigen zu folgen, welche den täublingsartigen Naktfuß des Perſoons mit ähnlicher Leichtfertigkeit damit vereinigen.

Unſer gegenwärtige Roſentäubling, ſo ſchön er auch immer ſeyn mag, gehört doch allerdings zu den Giftſchwämmen. Die Natur pflegt uns nicht durch Worte, ſondern durch Erſcheinungen die Geheimniße der Weisheit zu enträthſeln. Wie groß iſt nicht die Menge jener Elenden, die ſich von jedem erborgten Schimmer verblenden, und zur Verehrung nichtswürdiger Kleinigkeiten hin-

que verberones dulcedine verborum et exquisitis blanditiis incurios juvenes ad turpissima foedera irretiunt et fallaci decore deceptos, omni verecundia animique pietate exstirpatis in abyssum tandem criminum secum praecipitant. Hoc mihi bene persuasum habeo, Naturam ejusmodi exemplis elegantiae dolosae nos docere velle, atque admonere, ne superficiali et vili splendore decipiamur, sed potius internum rerum valorem colligeremus, tum denique animum nostrum in favorem ipsius vertamus. Sic ergo in fungo subjecto puellam conspicimus externis munditiis omnium stultorum benevolentiam captantem, quae vero non amore reciproco, sed turpissimo tristissimoque interitu eorum observantiam rependit.

Affinitas maximaque hujus cum Russula emetica similitudo pariter ac experientia ipsa Russulam roseam,

reiſſen laſſen! Unzählige Male ſehen wir mit Bedauern, daß die verächtlichſten Böſewichte durch niederträchtige Heucheley und ſchmeichelhafte Lockungen die ſorgloſe Jugend in ihre teufliſchen Fallſtricke verwickeln, oder ſie durch Beybringung eines falſchen Ehegeizes zur Verläugnung aller Schamhaftigkeit verleiten, und ſo endlich als Sitten- und Gewiſſenloſe Auswürflinge in den Abgrund des Verderbens mit ſich hinunterreiſſen! Ich bin ganz überzeugt, daß die Natur nichts anderes zur Abſicht habe, als uns durch ſolche Beyſpiele einer betrügeriſchen Annehmlichkeit zu belehren, und zu warnen, daß wir uns hüten ſollen, von jedem nichtswürdigen Glanze bezaubert, vom bloſſen äuſſerlichen Anſehen übermächtigt zu werden; ſondern daß wir vielmehr den innerlichen Werth der Dinge erforſchen ſollen, ehe als wir ihnen unſere Zuneigung oder unſere Hochachtung ſchenken. Eben ſo gleicht dann auch dieſer Roſentäubling jener Buhlerin, die durch ihren Liebeszauber ein Heer von Gecken bethöret, die jedoch weit entfernt, ihre Anbether mit Gegenliebe zu belohnen, ihre Galanterien vielmehr mit boshafter Grauſamkeit und mit dem Ruin ihres Glücks und ihrer Geſundheit erwiedert.

Sowohl die nahe Anverwandſchaft und die groſſe Aehnlichkeit mit dem ächten Speytäubling als auch die Erfahrung ſelbſt, beleh-

ut jam superius dixi, in caetum periculosorum proscribunt. Nempe ventriculi tormina, Meteorismos, capitis dolores et vehementes vomituritiones usum ejusdem internum secutos fuisse plures coram me autoptae testabantur. Cumque adeo difficile distinguantur emetica roseaque, minime dubitandum, etiam ab hac ultima miseros helvones nonnunquam dirissima sorte denecatos fuisse.

Profecto aegre dolendum est, tot tantaque pericula Mortalibus absque intermissione imminere! En, quot morbi, quot venenna, quot animalia infesta! quot Epidemiarum, casuum accidentalium, elementorum atque tempestatum minaciae! Exules et propemodum Anathemate perculsos atque a Natura noverca penitus derelictos crederes nisi rationem inspirasset, qua confirmati omnibus quantum par est resistere ac immunes sese illaesosque conservare valent, dummodo ipsius legibus conformem nec effraenatam vitam agant. Sed qui! nos potius metipsos summo odio acerbissimisque inimicitiis debellamus!

ren uns von der Gefährlichkeit des Rosentäublings. Mehrere Augenzeugen bekräftigten mir die Erfahrung, daß auf den Genuß desselben heftiges Bauchgrimmen, gewaltige Blähungen, Kopfschmerzen und fürchterliches Erbrechen sich eingestellet haben. Und da endlich diese beyden Schwämme von einander so schwer zu unterscheiden sind, so darf man kaum zweifeln, daß man nicht auch auf Rechnung des Rosentäublings zu schreiben habe, was sonst von dem ächten Speytäublinge erzählet wird, daß er nämlich so manchen armen Schluker erbärmlich hingerichtet habe.

Es ist in der That eine traurige Vorstellung, wenn man sich die Menge der Gefahren vorzählet, welche das Leben des armseligen Menschengeschlechts ohne Unterlaß bedrohen! Wie viele Krankheiten, wie viele Gifte, wie viel der feindseligen Thiere! Bald scheinen fürchterliche Seuchen, bald schauderhafte Zufälle, bald die stürmischen Elemente und die Gewitter uns den nahen Untergang zu bereiten. Man sollte fast glauben, die schöpferische Natur habe uns verstossen und mit dem Banne geschlagen, und mit stiefmütterlicher Unbarmherzigkeit uns ganz dem blinden Zufall überlassen, hätte sie uns nicht den vernünftigen Geist eingeathmet, durch welchen wir gestärkt und in den Stand gesetzt werden, allen Gefahren

Eheu! misellos Aesculapii filios! vos tanta sollicitudine, tantoque eruditionis, pervicaciae et magnanimitatis dispendio tam paucos contra mortis tela defendere cruentasque messoris decimas restringere potestis, cum interim nos in arte contraria eo melius edocti sine ullo animi motu nostri generis consanguineos veluti belluas deserti trucidamus.

hinlänglich zu widerſtehen, und uns vor allen Schaden zu ſichern, wenn wir nur auch ihren Geſetzen folgen, und unſere Lebensweiſe in den rechtmäſſigen Schranken erhalten. Aber wie! Bekämpfen wir uns nicht ſelbſt mit der gröſten Erbitterung und mit der grauſamſten Feindſeligkeit! O! ihr armſeligen Söhne des Aeskulap! Vermögt ihrs doch kaum, mit aller eurer Sorgfalt, und alle dem erſtaunlichen Aufwand von Gelehrſamkeit, Beharrlichkeit und Edelmuth, einige wenige vor den Pfeilen des Todes zu ſchützen, und den Blutzehenden des Würgengels in Schranken zu erhalten, während daß wir ſelbſt in einer der unſrigen ganz entgegengeſetzten Kunſt viel geſchickter unſere Geſchlechtsverwandte ohne Widerſtand unſers Innerſten gleichwie die Raubthiere der Wildniſſe verjagen und ermorden!

Avertam oculos ab his crudelitatis repraesentationibus, ne tandem indolentia omnem animi teneritatem et misericordiam contra dolores humani generis exstinguat! Favete Numina! et omnia, quae mea sunt, in illius salutem conferam! Pauca haec quidem erunt atque exigua, sincero tamen corde omnique studio lecta, quae si exempli incitatione aliorum,

O! laſſt mich mein Angeſicht hinwegwenden von dieſen Scenen der wilden Grauſamkeit! damit nicht Gefühlloſigkeit jede zärtliche Regung des Herzens, noch das erwachende Mitleiden mit den Drangſalen der leidenden Menſchheit abſtumpfe und erſticke! Nein! ich will im Gegentheile, vergönnt es der Himmel! alles was in meinen Kräften ſtehet, der Wohlfahrt und dem Gedeihen der Menſchheit aufopfern! Dies mag dann wohl

potentiorum scilicet atque melius eruditorum ingenia exstimulent, felicissimos denique in incremento fortunae nostrae profectus olim exspectare licebit!

Helvola jam haec nostra sicaria cum sorore sua atrociori, Russula emetica, alteri innoxiae, quae Persoono R. esculenta vocatur, adeo similis est, ut Mycologi plures necessarium ducant, illis qui tales in cibum recipere desiderent consilium dare, priusquam adhibeant, ad singula individua tentamen per gustum instituant et ea omnia in quibus acrimoniam aliquam sive per gustum sive per olfactum percipiunt, abjiciant! Tamen, subjungunt, cum non omnes homines aequali claritate in perceptionibus sensuum gaudeant, etiam hoc non nisi pro ambiguo discretionis momento habere licebit. His rite perpensis sane idem deducendum videbitur, ac si dixissent, nullas penitus notas stabiles et characteristicas dari, quibus Russulae virosae a comsehr wenig und von der geringsten Bedeutung seyn, allein ich werde es mit allem Fleisse zusammentragen, und mit unbefangener Redlichkeit darstellen. Vielleicht werden durch mein Beyspiel einige erwecket, deren tiefere Einsichten und gründlichere Gelehrsamkeit die Zukunft berechtigt, sich von ihren Wahrnehmungen die wünschenswürdigsten Fortschritte unseres Wohlstandes zu versprechen!

Allerdings gleicht diese unsere rosenfärbige Meuchelmörderin mit sammt ihrer noch mehr bösartigen Schwester einer andern Schwammart, welche Persoon Russula esculenta (den eßbaren Täubling) nennet, und zwar so sehr, daß mehrere mycologische Schriftsteller es für nöthig erachten, denjenigen, welche den letztern verspeisen wollen, den Rath zu ertheilen, daß sie vor dem Gebrauch jedes einzelne Stück durch den Geschmack prüfen sollen, und dann alle diejenige verwerfen, woran sie irgend eine Schärfe beobachtet haben. Dennoch, fügen sie hinzu, da nicht alle Menschen eine gleiche Feinheit der Empfindung besitzen, so ist auch selbst diese Unterscheidung durch den Sinn des Geschmacks nur für zweydeutig und unzulänglich zu halten. Erwägt man nun dieses alles zusammen, so sollte man glauben, es wäre eben so viel, als wenn sie gesagt hätten, es gebe gar keine standhaften und

mestibili omni tempore ac tuto distingui valeant.

Attamen definitio in egregio Persooni opere (Synopsi fungorum II. p. 441.) de Russula esculenta exarata contrarium evincere et plane sufficientes notas essentiales stabilire videtur, quibus bene perspectis distinctio exoptata vix unquam ulterius poterit commutari. Quamquam enim (indulgeat clarissimus vir libertati dicendi!) non omnes illius species Russulae, quae divisionis pileo rubello sunt, pro talibus ut legitimis agnoscendas esse mihi persuadere valeam, tamen rosaceam, emeticam, depallentem atque esculentam ut rite distinctas species fungorum suscipere minime haesitabo,

Sola nempe illa Russularum rubrarum species esculenta est, quae jam in statu juvenili ac recenti Lamellas saturate luteas, carnemque simul cum stipite externo flavescentem, imo sub ipsa pilei rubedine flavedinem quamdam suffusam exhibet.

charakteriſtiſchen Merkmale, wodurch ſich die giftigen Täublinge von dem eßbaren zuverläſſig und zu aller Zeit unterſcheiden lieſſen.

Dennoch ſcheint die in dem vortrefflichen Werke Perſoons (der Schwammſynopſe II. Thl. S. 441.) von dem eßbaren Täublinge entworfene Charakteriſtik das Gegentheil zu beweiſen, und vielmehr ganz zureichende und weſentliche Kennzeichen feſtzuſetzen, welche, wenn man nur hinlänglich darauf achtet, die Zukunft für der ſo bedenklichen Verwechslung vollkommen ſichern. Denn obſchon ich (der gelehrte Mann mag mir dieſe Freymüthigkeit zu Guten halten!) nicht alle ſeine Arten Täublinge, welche zu der Abtheilung mit rothen Hüten gehören, für wirkliche und ächte Arten erkenne, ſo nehme ich doch ganz keinen Anſtand, den Roſentäubling, den Speytäubling, den blaſſen Täubling und den eßbaren Täubling für ſolche ganz richtig unterſchiedene Arten zu erklären.

Es iſt nämlich nur jene Art der rothen Täublinge eßbar, in welcher ſchon die noch nicht vollkommen entwickelten Individuen gelbe Lamellen, einen ſowohl von auſſen als im Fleiſche gelblichen Strunk, und ſelbſt unter der Röthe des Hutes eine gelbliche Grundfarbe haben.

Cum tamen praeter ea omnia facile accidere posset, ut ineptia vel stultitia Mycolegorum unum alterumve venennatorum esculentis intermisceat, et experientia teste, unicum frustulum sufficiat, non modo jusculum omne in quo coquebantur sed et ipsa reliqua specimina venenno suo inficere atque penetrare, omnem plane mercedem Russularum qualiumcumque rubrarum severe perhibendam esse sentio.

Da es jedoch bey alle dem leicht möglich iſt, daß durch die Dummheit und Ungeſchicklichkeit der Sammler einige giftige Stücke ſich unter die eßbaren verirren; und da, wie die Erfahrung gelehrt hat, ein einziges Stückchen genug iſt, nicht allein die ganze Brühe, worinn die Schwämme gekocht worden, ſondern ſogar die übrigen an ſich eßbaren Schwämme zu vergiften; ſo wäre ich der Meinung, es würde am heilſamſten gethan ſeyn, wenn man den Verkauf der rothen Täublinge auf öffentlichem Markte gänzlich verbieten möchte.

His praemissis, descriptionem, quae superest, Agarici praesentis exponere oportet.

Nun bleibt mir alſo weiters nichts mehr übrig, als die Beſchreibung dieſes Schwammes zu entwerfen.

Mycelium ob tenuitatem vix extricandum Symphoresim efformat adspectu squalidam et nauseosam, scilicet grummulis nigrescentibus et lacunis exiguis intermixtis compositam, cum copia Parenchylei sordidi foetentisque suffusa. Haec denique excipuli in formam terrae adhuc immersam condensatur, cujus fundo basis stipitis undique sed non adeo firmiter insidet, ut non relicto illo facili negotio integer extrahatur.

Das Schwammgewächs, welches ſeiner Feinheit halber kaum einer Zerlegung fähig iſt, bildet einen dem Anſehen nach häßlichen und eckelhaften Schwammfilz, welcher nämlich aus lauter kleinen ſchwärzlichen Klümpchen und eben ſolchen Zellen beſteht mit einer in ziemlicher Menge dazwiſchen ausgegoſſenen jauchartigen und widrig riechenden Schwammfeuchtigkeit. Dieſer Schwammfilz wird nach oben zu dichter, und endigt ſich in die Form eines Rezipienten, in deſſen Höhlung, jedoch noch immer unter der

Erde, die ganze Grundfläche des Strunkes allenthalben, jedoch so locker aufsitzet, daß man ihn ganz leicht aus der Erde ziehet, ohne jenen mitzunehmen.

Stipes basi parum tumidulus crassiusculus solidus externe pariter ac interne candore purissimo nitet, qui rarius ad basin levissimo pigmento roseo temperatur. Substantia ipsius totiusque Encarpii fibroso-friabilis, rigens, fragilis, semper nivea.

Der am Grunde etwas aufgedunsene, ziemlich dicke, volle Strunk ist sowohl äusserlich als innerlich Schneeweis, und wird nur zuweilen in seinem untern Theile Rosenroth. Die Substanz des Strunkes und des ganzen Fruchtkörpers ist faserig, mürbe, saftig, zerbrechlich und von Farbe hellweis.

Pileus in juventute globoso-conicus et margine convolutus per expansionem depressus plus minus gibbosus, in medio plerumque excavatus et saepe umbilico notatus, superficie glaberrimus, subviscosus et colore roseus est, ita tamen, ut non ubique pari pigmenti nitore gaudeat, sed per maculas passim purpurascentes marginemque depallidum gracili modo variet. Substantia mediocriter carnosus Epicarpio discedenti tegitur, quod nonnunquam rimis irregularibus, nescio qua de caussa, disrumpitur.

Der Hut, welcher Anfangs vom Kugelförmigen ins Kegelförmige übergehet, und am Rande eingerollt ist, wird nachher durch die Entfaltung flach, bald mehr bald weniger Buckelig, im Mittelpunkte ist er gewöhnlich vertieft, und zuweilen mit einem Nabel versehen. Seine Oberfläche ist vollkommen glatt, etwas klebrich, Rosenroth, jedoch nicht durchaus von gleicher Stärke, sondern Fleckweise lebhafter, und besonders am Rande herum blässer. Seine Fruchthaut schält sich ab, und zerplatzt auch öfters in verschiedene ganz unregelmässige Risse.

Lamellae candidae, crassiusculae,

Die Lamellen sind Schneeweis, dicklicht,

rigidae, stipiti basi adnatae, distantes, rectissima linea a centro versus marginem pilei producuntur, paucis intermixtis brevioribus tantamque latitudinem exhibent, ut marginem pilei aliquantulum excedant eumque in plicas elegantissimas et maxime regulares adstringant.

spröde, mit ihrem Grunde an den Strunk verwachsen, weitschichtig, in schnurgerader Linie vom Mittel gegen den Rand auslaufend, nur wenige kürzere wechseln mit den längeren ab, und sie alle sind so breit, daß sie ein wenig über die untere Randfläche des Hutes hervorreichen, und diesen seinen Rand in sehr artige, ganz regelmässige Falten Manschettenartig zusammenziehen.

Mensuram quod adtinet, stipes consueto more ½ Un. diametro, 2 altitudine, pilei vero diameter 2 ad usque 3 Uncias habet. Sed vidi specimina stipitis proportione multo productiori teneriorique et iterum alia stipite abbreviato valide incrassato.

Gewöhnlicher Weise mißt der Strunk einen halben Zoll im Durchmesser, und 2 in der Höhe; der Hut hat 2 bis 3 Zoll im Durchmesser. Allein ich sah auch einzelne Stücke mit Strünken, die verhältnißmässig viel länger und schwächtiger waren, so wie andere im Gegentheile gewaltig dick und abgekürzt erschienen.

Ceterum variat colore pilei magis minusve depallido vel purpurascente et tandem insertione stipitis excentrica.

Uebrigens variirt der Rosentäubling durch die bald bläßere bald mehr gesättigte Purpurfarbe des Hutes, und endlich auch noch durch die Einfügung des Strunkes ausserhalb dem Mittelpunkte des Hutes.

Habitat in sylvis mixtis, senilibus, altis, apud nos non adeo frequens, sed in stationibus suis quotannis observandus atque a medietate Augusti usque ad finem Septembris efflorescere amat.

Sein Standort sind alte, hochstämmige und gemischte Wälder. Bey uns wächst er nicht sehr häufig, ist jedoch alle Jahre richtig auf seinem Platze anzutreffen, und alldort von der Mitte des Augusts bis zum Ende des Septembers zu finden.

Sapor acris, nauseosus, odor non ingratus Agarici Pratellae campestris volatile aliquid intermixtum refert.

Der Geſchmack des Roſentäublings iſt ſcharf, widerwärtig, ſein nicht unangenehmer Geruch gleicht dem Geruche des Champignon, hat jedoch etwas flüchtiges beigemiſcht.

XXXIV. BOLETUS EDULIS. PERS.

Boletus edulis: pileo pulvinato latissimo, fuscescente-vaccino: carne immutabili: poris primo farctis albidis, dein dilate flavis, stipite tuberoso, subventricoso, reticulato, subrufescente-cinereo. Pers. Syn. II. p. 510. Bull. Champ. t. 60 et 494. Albert. et Schweinitz. Consp. fung. p. 240.

Boletus esculentus: Pers. obs. myc. I. p. 23.

Boletus bulbosus: Pers. Comm. p. 51. Schæffer fung. t. 134 et 135.

34. Der Herrenpilzling.

Guter Pilzling. Bilzling. Brauner Pilzling. Tafelschwamm. Edler Pilzling. Großer Pilzling. Eßbarer Löcherschwamm.

Definitio.

Mycelio radiciformi reticulato, pallido;

Charakteristik.

Das Schwammgewächs Wurzelförmig, Netzartig, blaßgelb;

Encarpiis subgregariis difformibus; pileo maxime pulvinato, cinereo-vaccino, poris tenuissimis primo faretis pallidis, stipite glabro sordide fuscescente.

Die Fruchtkörper halbgesellig, unförmig; mit einem überaus stark gepolsterten, graubraunen Hute, äußerst feinen, Anfangs verstopften blaßgelben Löchern und einem glatten braunbeschmutzten Stunke.

Historia naturalis.

Naturgeschichte.

Cum distinctio Boleti edulis a Boletis: lurido, scabro, radicante, piperato, reticulato, castaneo, rubeolario aliisque similibus magni momenti sit, jam non inutile videtur, in comparationem auctorum operam conferre, ut commutationes adeo perniciosae in futurum eo efficacius prohibeantur!

Da die Unterscheidung des Herrenpilzlinges von dem Saupilzlinge, Kuhpilzlinge, Wurzelpilzlinge, Pfefferpilzlinge, Ziegenpilzlinge, Braunpilzlinge und Blutpilzlinge, nebst mehreren andern eine sehr wichtige Angelegenheit ist, so wird es nicht unnütz seyn, unseren Fleiß zur Vergleichung der Authoren anzuwenden, damit ja in Hinkunft nicht mehr so nachtheilige Verwechslungen geschehen mögen!

Sic Bol. edulis β elephantinus Persooni omnino alius speciei esse videtur, quemadmodum jam clariss. Dr. Persoon ipse, quamquam incertus, adnotavit.

Demnach erkläre ich mich entschieden für spezifike Verschiedenheit der Persoonschen Varietät β von dem Herrenpilzlinge, die er elephantinus nennet, und worinn er selbst schon eine eigene Art zu erkennen vermuthet.

Boletus edulis Sowerbeji t. 111. toto coelo a nostro diversus ad Boletum felleum Pers. reducendus, vel plane nova species!

Der Boletus edulis des Sowerby t. 111. ist von dem unsrigen Himmelweit verschieden, und scheint entweder zu Persoons Boletus felleus zu gehören, oder eine eigene ganz neue Art zu seyn!

Sub nomine Bti. Bovini plerique quidem Btum. nostrum edulem indigitare videntur; ast Synonima et figu-

Unter der Benennung des Boleti bovini verstehen zwar die meisten Authoren unseren Herrenpilzling, allein die angeführte Syno-

rae citatae, cum vera ista plures quoque alias Boleti species (imo etiam venennatas!) ab auctoribus intermixtas et male distinctas fuisse demonstrant. Sic e. gr. Bolton no. 98. t. 85. venennatissimum omnium, Btum. luridum sub falso penitus Bovini nomine depingit atque describit. In Floris variis et inter alia in illa quoque Austriaca doctissimi Profess. Schultes plures species apertae pro meris Bti. bovini (Bti. edulis Pers.) varietatibus declarantur. Definitiones aliorum insufficientes silentio praetereo: sed ratio talium errorum profecto nulla alia fuit, quam perturbatio illa Babylonica in nomine Bti. bovini, sub cujus asylo semper plures et diversissimae species reconditae fuerunt. Clarissimus Dr. Persoon in Synopsi Synonimon Bti. bovini penitus omisit: et merito! Nam, ut ex praemissis patet, Btus. bovinus plane non fuit fungi species, sed Chaos Characterum ex pluribus speciebus Boleti collectorum nullique exclusive convenientium. Eo severius autem vituperari meretur, quod in Commentario suo p. 52. non modo Btum. bovinum Linnaei aliorumque, sed ipsum Btum. bovinum Boltoni (scilicet

nimie und die bezogenen Abbildungen beweisen klar, daß sie mit dem wahren Herrenpilzlinge auch mehrere andere (ja selbst giftige) Arten durcheinander mengten. So hat z. B. Bolton unter eben diesem Nahmen Nro. 98. T. 85. den giftigsten von allen, den Saupilzling vorgestellet und beschrieben. In mehreren Floren, und unter andern auch in jener Oesterreichischen, die der gelehrte Herr Prof. Schultes herausgab, werden mehrere ganz offenbar verschiedene Arten von Pilzling als blosse Spielarten des Boleti bovini angegeben. Ich will die mangelhaften Definizionen mehrerer anderer nicht rügen: allein die Ursache aller dieser Verirrungen war gewiß keine andere als jene Babylonische Nahmenverwirrung in der Benennung des Boleti bovini, unter dessen Schutz immerhin eine Menge heterogener Arten ihre geheime Aufnahme fanden. Der berühmte Dr. Persoon hat in seiner Synopse die Synonimie des Boleti bovini gänzlich weggelassen: und zwar mit allem Rechte! Denn, wie wir aus dem Vorhergehenden ersehen, so bezeichnete der Nahme des Boleti bovini gar nicht eine eigene Schwammart, sondern ein Wirrwar von Charakteren, die aus verschiedenen Arten zusammengestoppelt waren, und keiner einzigen ausschliessend angehörten. Desto feyerlicher aber verdient es gerügt zu werden, daß er in seinem

Btum, luridum, ut supra monui!) ut Synonima Bti. edulis subjungat! Et hoc quidem praecipue in patria nostra erroribus multiplicandis aptum factum fuisse videtur, cum hic non raro Btus. scaber P. qui etsi nullis laudibus celebrandus, tamen neque venennatus magna quantitate sub nomine Bti. bovini seu potius vaccini (Kuhpilzling) in foris omnibus venumdetur. Jam homines semidocti, et quales istos certissime omni tempore invenies, fiducia praecipitantes ex nomine Germanico (Kuhpilzling) de quo sciunt, quod speciem esculentam respiciat, concludunt, etiam Btum. bovinum Boltoni esculentum esse — casu in sylvis offendunt, colligunt, hospites habent, comedunt et simul cum hospitibus omnibus aegrotant vel moriuntur.

Commentar S. 52. nicht allein den B bovinus des Linné und anderer Authoren, sondern selbst den B. bovinus, des Bolton (nähmlich den B. luridus, wie ich schon oben gezeigt habe!) als Synonimie der eßbaren Art des Boleti edulis unterzeichnet! Dieses Versehen scheint ganz dazu geeignet zu seyn, um besonders in unsern Vaterlande die Verwechslungen zu vervielfältigen, da man hier gewöhnlich den Boletus scaber Kuhpilzling nennet, welche deutsche Benennung nichts anders als eine Uibersetzung des Nahmens Boletus bovinus zu seyn scheint, ob es gleich eigentlich Boletus vaccinus heissen müßte. Und da der Kuhpilzling, obschon er eben nicht sehr empfohlen zu werden verdienet, gegessen werden kann, und wirklich häufig zu Markte gebracht wird, so steht zu besorgen, daß irgend ein Halbgelehrter voll Vertrauen auf seinen Gewährsmann (und wer folgt jemals mit so blinder Sicherheit demjenigen was er gelesen hat, als das Storchenfüssige Völkchen der Halbgelehrten?) von jener deutschen Benennung des Kuhpilzlinges irregeführt, weil diese einen eßbaren Schwamm andeutet, auch den Boletum bovinum des Bolton für eine eßbare Schwammart halten, und gebrauchen möge! Unglücklicher Weise trift er diesen Boltonschen Kuhpilzling in einem Wald an, bringt ihn nach Hause, bittet sich etwa

Funestas eo ipso momento Tragaedias coram oculis habeo et tam in urbe quam in pagis et civitatibus vicinis hoc anno non pauci miseri immanes omnino ventriculi abdominisque dolores, incredibiles praecordiorum anxietates, vehementissimos denique vomitus non raro cruentos, capitis dolores plane intolerabiles, animi deliquia, horrores febricitantes, Diarrhoeam penitus exhaurientem, aliaque abominanda symptomata vix nomine conscribenda ex usu specierum venennatarum loco Bti. edulis perpessi sunt. Plerique horum ejusmodi fungos non in foris publicis vel aliunde a Mycolegis assumpserunt sed ipsi sibi ignorantiae cum temeritate junctae poenam in montibus nemorumque tenebris aegre conquisiverunt. Hoc certum affirmare valeo, apud nos longe plurima, quae ex usu fungorum erroneo olim sequebantur sanitatis vel vitae ipsius pericula, illi Btorum. venennatorum in culpam verti debere, qui pro Btis. edulibus habebantur. Distinctio hujus ab omni-

noch eine freundschaftliche Gesellschaft aus zu dem herrlichen Gerüchte der Furien und der Parzen. Und ach! man speiset — erkrankt und — stirbt! —

Grausenvolle Trauerspiele schweben vor meinen Augen, eben da ich dieses schreibe. Denn sowohl in der Stadt als auf dem Lande sind heuer durch die Verwechslung des Herrenpilzlinges mit giftigen Schwammarten nicht wenige verunglückt, welche sich dadurch die heftigsten Magenkrämpfe und Bauchschmerzen, unausstehliche Beklemmung der Brust, nachher ein fürchterliches zuweilen mit Blutauswurf verbundenes Erbrechen, ganz unerträgliche Kopfschmerzen, Ohnmachten, Fieberschauer, einen gänzlich erschöpfenden Durchfall und noch andere kaum des Aufzählens fähige Entsetzen und Grauen erregende Zufälle zugezogen haben. Die meisten dieser Bedauernswürdigen haben diese giftigen Schwämme weder auf öffentlichen Markte, noch sonst irgend von den Schwammsammlern gekauft, sondern, leider! sich selbst im Schatten der Wälder und auf hohen Bergen die bittere Strafe ihrer vermessenen Unwissenheit mühsam und kümmerlich zusammengesuchet. So viel kann ich als eine zuverläßige Erfahrung bestättigen, daß hier zu Lande bey weiten die meisten Unglücksfälle, wobey durch irgend eine Verwechslung giftiger Schwämme mit eßba-

bus similibus est ergo res maximi momenti! Quam quidem sequentibus, quantum in meis est, lectoribus maxime venerandis justam atque certissimam tradere conabor.

ren, die Gesundheit oder das Leben der Menschen in Gefahr gerieth, dem Genuß der giftigen Pilzlinge zuzuschreiben seyen! Die Unterscheidung des Herrenpilzlinges von allen übrigen ist demnach eine Sache von der größten Bedeutung! Ich will dann, so gut als ich es nur immer im Stande bin, meinen verehrungswürdigsten Lesern diese im Nächstfolgenden mit der größten Wahrheit und Genauigkeit vorzutragen mich befleissen.

Boletorum ea subdivisio, sub qua edulis iste praesens aliique consimiles plus minusve noxii recensentur, nomine quoque familiari Suillorum a Persoono distinguitur. Jam omnes, qui praeter Boletum edulem, hujus gregis sunt, Suilli in pabulum hominis adhiberi minime merentur. Sed et facillime vel primo intuitu distinguuntur stipite plerumque aperte reticulato, poris majoribus mollibus, diversimode coloratis, pileo tomentoso, rufo, aurantiaco, livido vel variegato, praecipue vero Metamorphosi quadam substantiae internae ad aërem. Dissecti enim vel dilacerati subito et saepe momenti spatio e niveo vel citrino aureoque in coeruleum, aeruginosum, lilacinum, car-

Jene Untertheilung der Löcherschwämme, worunter sowohl dieser gegenwärtige Herrenpilzling, als auch mehrere andere mehr oder minder schädliche Pilzlinge gehören, hat von dem Dr. Persoon den Familiennahmen (Suilli) der Pilzlinge erhalten. Es verdienet aber kein einziger aus der Familie der Pilzlinge, den Herrenpilzling allein ausgenommen, zur Kost des Menschen angewendet zu werden. Allein es ist auch sehr leicht, sie gleich auf den ersten Blick davon zu unterscheiden. Denn sie sind durch mancherley Dinge ausgezeichnet, z. B. durch einen mit einem sehr auffallenden Netz überzogenen Strunk, durch die größeren Löcher und weicheren Röhrchen, welche von mancherley Farben zu seyn pflegen, durch den filzigen, röthlichen, Pomeranzengelben, mißfarbenen oder schecichten Hut, vor allen aber durch

neum, lividum vel nigrescentem permutantur. *)

Boletus vero edulis sequentibus notis describendus Mycelio cognoscitur radiciformi reticulatim complexo, terraque intermixta, Parenchylei copia conglutinata, fibris ramosis pallidis.

Ex hoc per aggestionem Encarpia constipantur laete tumidula et crassa et veluti corpulentiae excessu deformia atque monstrosa. In hoc quidem Boletum rubeolarium aemulum habet, sed tamen luxuria et mirabili penitus intumescendi consuetudine praecellit. Stipes solidus et crassus substantia pollet candida, pulposo-gelatinosa, per aetatem siccescente de basi exalbida per strias flammu-

eine gewisse Farbenverwandlung bey der Berührung der Luft. Denn wenn man sie zerschneidet oder zerreißt, so werden sie sehr bald und oft augenblicklich, wenn sie vorher auch Schneeweis, hochgelb oder Goldgelb waren, dergestalt verwandelt, daß sie bald blau, bald spangrün, Lilafärbig, Fleischfarb, mißfärbig und endlich schwärzlich aussehen. *)

Bey dem Herrenpilzlinge, dessen Beschreibung hiemit folget, beobachten wir ein Wurzelartig, Netzförmiges, mit Erde untermengtes und einer ansehnlichen Menge Schwammfeuchtigkeit zusammengeleimtes Schwammgewächs von gelblichweissen ästigen Fasern.

Aus dessen am meisten zusammengedrängter Verwicklung entspringen die aufgedunsenen, dicken, ja fast unförmlich voll und monstrosen Fruchtkörper. In dieser Eigenschaft hat er zwar an dem Blutpilzlinge einen starken Nebenbuhler, welchen er jedoch in Ansehung seiner Zunahme und des wirklich bewundernswerthen Dickwerdens gewöhnlich übertrifft. Die Substanz des vollen und dicken Strunkes ist hellweiß, Sulzartig-Fleischig, wird jedoch mit der Zeit auch end-

*) Boletus rubeolarius Pers. dissectus primo quidem coerulescit, ast per dimidium horae tandem iterum penitus depallet.

*) Der Blutpilzling wird zwar auch gleich nach der Zertrennung blau, allein nach einer halben Stunde bleicht er sich wieder gänzlich ab.

lasque tenuissimas versus summitatem in fusco-rubrum terminare et cinerea quadam pruina pariter ac pileus munditias suas exornare consuevit. Figura plerumque ovata seu Pyriformis saepe in monstra stupenda aberrat. Sic pro exemplo vidi stipitem 3 Uncias longum 2 ad 4 Uncias crassum atque 6 uncias latum. Saepe gibbositate, corrugatione ac frustraneo prolificandi nisu adeo singulares formas suscipit, ut caput animalis vel vasculum atramentarium aliaque utensilia referat abs quod imaginatio multa addere vel extinguere necessarium habeat. Rete illud suspectum, quod stipites Boletorum reliquorum perniciosorum obducit, in hoc praesenti quasi dissolutum conspicitur et non nisi levissima veluti pictura Familiæ Suillorum vestigia relinquit.

Pileus cum stipite continuus, pulvinatus, crassus et carnosus, in junioribus semiglobosus nonnunquam per aetatem adeo dilatatur, ut 8 ad 9 pollices diametro latitudinis adaequet. Colore plerumque vaccino, vel spa-

lich trocken. Von Aussen entspringen aus seinem schmuzigweissen Grundstücke fein vermahlte nach aufwärts gerichtete und sich oben ganz in einander verlierende rothbraune Streifen und Flammen. Und sowohl der Hut als der Strunk ist allenthalben sehr niedlich von einem überaus feinen granlichen Puder bereift. Meistens ist der Strunk Eyförmig, oder vielmehr Birnförmig, jedoch pflegt er auch nicht selten gar wunderlich auszuarten. So z. E. habe ich einen gesehen, der 3 Zoll lang, 2 bis 4 Zoll dick, und nicht weniger als 6 Zoll breit gewesen. Zuweilen erhält er durch verschiedene Erhöhungen, Runzeln und allerley fehlgeschlagene Sprößlinge so sonderbare Gestalten, daß man ihn auch ohne der Einbildungskraft Gewalt anzuthun, mit dem Kopf irgend eines Thieres, mit einem Schreibzeug u. s. w. vergleichen könnte. Jenes verdächtige Netz der übrigen ungesunden Pilzlinge ist bey dem Herrenpilzlinge gleichsam gelüftet, und man bemerkt an ihm nur eine schwach hingemalte Spur davon zum Merkmal seiner Verwandtschaft.

Der mit dem Strunk ohne alle Abtheilung zusammenhängende Hut ist gepolstert, dick und fleischig. An jüngern Exemplaren ist er halbkugelförmig, er wird jedoch späterhin gar sehr erweitert, so daß er oft 8 bis 9 Zoll am Durchmesser erreichet. Seine Farbe

diceo, superficie laevi, nonnunquam viscido-nitida, sed plerumque tamen pruinosa distinguitur, et si forte vulneratus rimas passim hiantes patefaciat, tamen nunquam adeo ut plures alii hujus affinitatis Boleti Epicarpium tesselatum exhibet. Per aetatem facie superiori depallet. Facies vero inferior tubularum seu foraminum sub primo aetatis stadio candida per pallidum denique in colorem sordide sulphureum abit. Tubulae a stipite cavitate circulari distinctae, prope medietatem longissimae in maximis pollicis longitudinem habent. Marginem pilei vix unquam excedunt; sed integra potius foraminum superficies, excepto illo vacuo inter stipitem et tubulas spatio variisque non multum profundis impressionibus undulatis, plana atque horizontalis est. Pori adeo tenues atque exigui sunt, ut vix oculo nudo observari valeant. Ante plenariam Encarpii maturitatem tomento quodam concolori muniti ostiola clausa sporulas fovent. Per aetatem vero aperiuntur paululumque dilatantur. A Scarabaeis aliisque Insectis avide depascitur.

ist gewöhnlich graubraun oder Kastanienbraun, seine Oberfläche glatt, zuweilen klebrichtglänzend, gewöhnlich jedoch bereift. Wenn er auch zuweilen offene Wunden und verschiedene Risse darstellet, so ist doch seine Fruchthaut niemals so vielfältig zerstückelt und gleichsam getäfelt, wie bey den übrigen Pilzlingen. Das Alter bleicht seinen Scheitel. Seine untere Seite hingegen, die Seite seiner Röhrchen oder Löcher, welche in der ersten Jugend rein weiß war, geht mit dem Alter durch das Strohfarbene in ein unreines Schwefelgelb über. Die Röhrchen, welche in einem zirkelrunden Abstande von dem Strunke entfernt stehen, haben da wo sie am längsten sind, nähmlich nahe an der Mitte zwischen dem Strunk und dem Rande des Hutes die Länge eines Zolles. Sie verlängern sich sehr selten über den Rand des Hutes herab, sondern die ganze Unterfläche oder Löcherseite ist ausser dem obenerwähnten Abstande zwischen den Löchern und dem Strunke, und ausser einigen Wellenförmigen nicht sehr beträchtlichen Vertiefungen, wagrecht und eben. Die Löcher sind so fein und so enge, daß man sie kaum mit freyem Auge zu beobachten im Stande ist. Vor der gänzlichen Reife des Fruchtkörpers verschliessen sie noch überdies durch einen gleichfärbigen Filz an ihren Mündungen den Schwammkeimen den Ausgang. Allein mit

der Zeit vergeht dieser Filz, und die Löcher werden etwas erweitert. Im Freyen wird dieser Schwamm von Käfern und andern Insekten aufgezehret.

Annis quibusdam, quibus aestas alto caloris gradu pluviarumque copia decurrit, ingenti prorsus quantitate, quando vero sicca vel frigidiuscula, tunc rarius apparet in pratis praecipue montanis, inter sylvas praesertim acerosas atque in Ericetis regionum humiliorum, alpestribus alienus.

In gewissen Jahren, wo es viel regnet, aber dennoch auch zugleich sehr heiß ist, kömmt er in ungeheurer Menge zum Vorschein, wenn es aber trocken oder kühl ist, so ist er auch desto seltener. Er wächst auf Bergwiesen zwischen Wäldern, besonders Nadelwäldern und im niedrigen Heideland, niemals aber auf Alpen.

Caro pretio divenditur in foris publicis praecipue annis illis, quibus parcius propullulat. Tanta enim est ipsius gratia, ut magnatibus et locupletissimis Fortunae clientibus inter exquisitissima cupedia referatur. Cell. Dr. Persoon aliique, qui illum verbatenus exscribunt, ideam de gustu hujus fungi nobis traditurі, cum fructu Coccos nuciferae comparant, malo certe judicio! Quid enim conferat comparatio rei ignotae cum alia quae nobis adeo aliena est, ut vix ullus inveniatur, qui de hac vel olim in vita sua conceptum habuerit? Et profecto apud nos in Europa intermedia inter milienos, qui Boletum edulem jam degustarunt, vix unum invenies,

Sein Preiß auf den Marktplätzen ist sehr beträchtlich, besonders in jenen Jahren, in denen er weniger gerath. Denn seine Güte ist so ausgezeichnet, daß ihn auch die Vornehmen und die reichsten Leute unter die ausgesuchtesten Leckerspeisen zählen. Der berühmte Dr. Persoon und seine Nachbeter vergleichen diesen Schwamm, um uns eine Idee von seinem Geschmacke mitzutheilen, mit den Früchten der Cocospalme. Allein mir scheint diese Vergleichung sehr verunglückt zu seyn! Denn was soll uns wohl die Vergleichung einer unbekannten Sache nützen, wenn wir dazu einen Gegenstand erborgen, welcher uns so ganz und gar fremd ist, daß kaum irgend einer unter uns anzutreffen seyn mag, welcher ihn jemals in seinem Leben durch die Erfahrung kennen lernte? Und

qui saporem nucis Coccos expertus fuerit!

Melius crederem informari lectorem, si delicias Bti. edulis concocti cum gelatina jusculi ex carne gallinaceo, farina triticea, Gummi arabico et pauxillo Zingiberis aromate praeparata comparamus.

In culinis condimenti modo additur cibis ex carne et jusculis per evaporationem inspissatis praeparatis; vel etiam simpliciter, in taleolas nempe dissectus, mensae affertur, in jusculo bovino concoctus, addito butyro, vel cremore lactis condensato, pipere et clupeae encrasicolae portione tenuissime concisa.

Prae omnibus aliis fungi speciebus exsiccatione in annos conservare solent. Sed magna cautio necessaria est, ne humiditate vel Mucoris accessu depravetur atque corrumpatur. Ideoque jam ab initio sufficienter exsiccari debet et deinde in sacculis in libero aëre pendentibus asservari atque iteratis vicibus peragitari.

hoffentlich wird man wohl bey uns im Mittelpunkt von Europa eher Tauſende antreffen, welche den Herrenpilzling bereits verſpeiſet haben, als einen einzigen, der eine Cocosnuß gegeſſen!

Beſſer, glaube ich, würde man thun, wenn man zu dieſer Vergleichung eine Sulze (Gelée) auserwählte, die aus Hühnerbrühe mit Waizenmehl, arabiſchen Gummi und ein wenig Jngwer eingeſotten und bereitet worden.

Jn den Küchen pflegt man ihn als Zuſatz zu verſchiedenen ausgedünſteten Fleiſchſpeiſen zu verwenden; oder man bringt ihn auch für ſich allein auf die Tafel, nachdem er vorher in kleine Spalten zerſchnitten, in Fleiſchſuppe gekocht, mit Butter und Milchrahm verſetzt, und mit Pfeffer und Sardellen gewürzet worden.

Man pflegt dieſen Schwamm vor allen übrigen aufzutrocknen, und ſo oft Jahrelang im Vorrath zu erhalten. Man muß jedoch ſehr achtſam damit umgehen, wenn man verhüten will, daß er nicht durch Feuchtigkeit oder Schimmel verdorben werde. Man muß ihn daher ſchon gleich Anfangs recht hinlänglich dörren, und hernach in Säcke von mäſſiger Größe gefüllt, in freyer Luft aufhängen, und zu oft wiederholten Mahlen gut durcheinander ſchütteln.

Nulla profecto fungi species datur, quae praesenti majores laudes mereatur. Non solum deliciosus est et gustui gratissimus, sed et maxime nutritivus et sanitati perquam utilis. Si bene concoctus et cautione praevia, summe scilicet necessaria, exquisitus, ne portione venennati adulteretur, vescam constituit, aegrotis et praecipue hecticis et tabescentibus omnibus verbis commendandam.

Colligitur per mensem Augustum usque ad medietatem Septembris.

Keine von allen bekannten eßbaren Schwammarten verdient so viele Anempfehlung wie die gegenwärtige. Sie ist nicht allein schmackhaft und dem Gaumen beliebt, sondern auch sehr nahrhaft und der Gesundheit ungemein zuträglich. Wenn man die erforderliche Vorsicht der Auswahl angewendet, damit nähmlich alle Verfälschung mit den giftigen Pilzlingen verhütet werde, so ist der wohlausgedünstete Herrenpilzling ein Gerücht, welches man selbst den Kranken und vornähmlich den Schwindsüchtigen und den Lungensüchtigen nicht genug empfehlen kann.

Man sammelt ihn den Monath August hindurch bis zur Mitte des Septembers.

XXXV. HYDNUM ERINACEUS. BULL. *)

Hydnum Erinaceus: majus, convexum, e candido flavicans, coriaceum, aculeis longissimis gradatim dependentibus. Pers. Syn. fung. II. p. 560. Bull. Champ. p. 304. t. 34. Gmelin Syst. Nat. II. 2. p. 1439. Pers. Comm. de fung. clavaeformibus. p. 27. Dickson pl. crypt. Fasc. 2. p. 24.

Agaricus barbatus flavescens. Buxbaum Cent. I. p. 38. t. 56. f. 1.

35. Der Igelſchwamm. *)

Definitio.

Mycelio inconspicuo, tenerrime fibroso, candido, parasytico;

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs unſcheinbar äuſſerſt feinfaſerig, hellweiß, paraſytiſch;

*) Per errorem in schedula scatulae affixa, quae figuras Encausticas continet, Hydnum Bulliardi nominatum fuit, quod Lector benevolus corrigere placeat!

*) Durch einen Verſtoß iſt auf dem Zettel, welcher auf der Capſel aufgeklebt iſt, worinn ſich die Wachsfiguren befinden, dieſer Schwamm Bülliards Stachelſchwamm (Hydnum Bulliardi) genannt worden, welches man alſo den geneigten Leſer gütigſt zu berichtigen bittet.

Gymnocarpio cordiformi e candido flavicante, spongioso-pulposo, subulis flexuosis, dependentibus, imbricatis, infimis longissimis.

Der Fruchtschwamm herzförmig, schneeweiß ins Gelbliche übergehend, halb zellig, halb fleischig, mit biegsamen, herabhangenden, dachziegelförmig übereinanderliegenden Pfriemfäden, deren untere die längsten sind.

Historia naturalis.

Naturgeschichte.

Mirabilem hunc, rarissimum quoque, speciosissimumque fungum, novum Florae Austriacae civem, benevolentissimus mihi ac jam saepius laudatus Prof. Franc. Stoll adtulit, in horto Schoenbrunnensi offensum.

Revera integra hujus conformatio portentosa atque adeo aliena est, ut productum plane alterius orbis oculis subjectum credere posses. Tanta est Naturae libertas tantaque rerum creatarum multitudo atque diversitas, ut ingenium hominis admiratione oppressum incomprehensibilem atque immensam Summi Numinis potentiam sacro omine percipiens prae timore obstupescat! Consideratio fungi praesentis vehementissimo Curiositatis stimulo mentem spectatoris exagitat maximumque desiderium movet, relationes tam singularis conformationis perspiciendi, quae nempe adeo

Diesen wunderbar gestalteten, sehr seltenen und prächtigen Schwamm, einen neuen Bürger der österreichischen Flor, brachte mir mein überaus gütiger und schon so oft hier angepriesene Freund und Gönner, der Herr Prof. Stoll aus dem Schönbrunnergarten.

In der That ist auch die ganze Bildung desselben so abentheuerlich und so fremdartig, daß man fast glauben möchte das Produkt irgend eines ganz andern Weltkörpers vor Augen zu haben. Die Natur ist so unerschöpflich, die Menge und die Mannigfaltigkeiten ihrer Erzeugnisse dem menschlichen Blick so unumfaßlich, daß wir, von Erstaunen ergriffen, und von einem heiligen Schauer durchdrungen, die unbegreifliche Allmacht des unendlichen Urhebers nicht anders als mit zitternder Anbethung erkennen! Die Betrachtung dieses Schwammes erregt allerdings in der Seele des Beobachters die größte Aufmerksamkeit und das heftigste Verlangen, die Beziehungsverhältnisse einer

eximia est, ut ex ejusdem explicatione atque nexu peculiaria Naturae mysteria exspectanda videantur. Non aliter ac si superstitionem plebejorum ludibrio haberet, spectrum candidum arboribus imposuit figura sic ambiguum, ut vaga stultorum phantasia modo caput modo manum et vel quidcumque ineptum somniare debeat et horrore percussos ex abditis nemorum speluncis expellat. Prudentiori Naturae indagatori ejusmodi phaenomena laetitiae superveniunt et sive in opacis sylvarum recessibus, sive in altis terrae visceribus, in cryptis vel fodinis eadem observet, jucundissimo animi motu in laudes Creatoris abripitur, cujus vestigia omni tempore et ubique terrarum eminentia certitudinem inspirant, eum nunquam penitus derelictum, vel oblivionis cujusdam intervallo a benignissimo et paterno creaturarum omnium Numine disjunctum fore.

Nascitur in fissuris ramisve corruptis arborum viventium praecipue Quer-

so seltsamen Bildung zu entdecken, denn wir ahnden darinnen eine so wichtige Bedeutenheit, daß wir uns von ihrer Erklärung auch zugleich eine Enträthselung großer Naturgeheimnisse versprechen. Gerade, als wenn die weise Natur mit der abergläubischen Albernheit des Pöbels ihr Gespött haben wollte, pflanzte sie ein Schneeweisses Gespenst an die Bäume hin, dessen zweydeutige Gestalt die ausschweifende Phantasie der Furchtsamen bald einen Kopf, bald eine Hand, und wer weiß was noch all für einfältigen Unsinn zu träumen verleitet, und sie durch ein eitles Schreckenbild von Angst und Entsetzen erschüttert aus den tiefen Einöden und den Schatten der Wälder vertreibet. Den weiseren Naturforscher überraschen dergleichen Erscheinungen jedesmal nur mit Entzücken, und er mag nun in den abgelegensten Waldungen oder in dem Schoos der Erde, in Höhlen und Bergwerken auf sie gerathen, so erwecken sie in seiner Seele nichts anders als Frohlocken und Bewunderung des Schöpfers, dessen heilige Spuren ihn zu aller Zeit und an allen Orten versichern, daß er nirgends von seinem Beschützer verlassen, daß ihn niemal eine schwächliche Vergessenheit seines göttlichen Erhalters zu Schaden kommen lassen werde.

Der Igelschwamm wächst in den Spalten und an den absterbenden Aesten lebendiger

cuum annosarum et forte etiam in fodinis metallicis, si nempe Manina cordiformis Scopolii: „Fungus petiolo laterali brevissimo, divisus in lobos echinatos: aculeis longis, descendentibus, paralellis;" (Scop. pl. subterr. tab. X.) ut mera ejusdem varietas judicio cell. Dris. Persoon (Fung. Clavaeform. p. 27. Hydn. Erinaceus β.) ad nostram praesentem speciem referenda sit? — Accepi pulcherrimum specimen incipiente Octobri anni praeterlapsi 1805; cujus adminiculo, et comparatis, qui de ipso scripserunt, superius memoratis auctoribus, sequentia publico lumini exponenda habeo observata.

Specimen nostrum arcte insidebat cortici Quercus, in cujus substantia vix quidquam Mycelii observandum fuit. Tamen ope Microscopii fibrillas aliquot tenuissimas late circumvagantes candidas atque in decursu ulteriori cum cortice abruptas conspexisse credidi. Ubi cortex iste in rimas majores pulvere macerationis et corruptionis repletas divergebat, Mycelii cumulus adeo dense concrescebat, ut cortici, plantarum parasyticarum more innatus fuisse videretur.

Bäume, besonders an alten Eichen und wahrscheinlich auch in Bergwerken, wenn anders des Scopoli seine Manina cordiformis: „ein mit einem sehr kurzen Seitenstrunk versehener in stachlichte Lappen zertheilter Schwamm, mit langen, herabhängenden gleichlaufenden Stacheln:" (Scop. pl. subterr. T. 10.) für nichts weiter als eine Abart desselben mit Einstimmung des Dr. Persoon (Fung. Clavaeform. p. 27. Hydnum Erinaceus β.) zu halten ist? — Ich erhielt ein vortreffliches Exemplar dieser Art zu Anfang Oktober in dem jüngstvergangenen Jahre 1805. Mit Beyhülfe desselben und mit Vergleichung derjenigen Schriftsteller, welche von diesem Schwamme gehandelt haben, kann ich nun folgende Beobachtungen darüber meinen Lesern überliefern.

Unser Exemplar saß fest an der Rinde einer Eiche, in deren Substanz man nur kaum etwas Weniges von dem Schwammgewächs entdecken konnte. Dennoch glaube ich, vermittelst des Microscop einige überaus zarte weit herumschweifende Schneeweiße und in ihrem Verlauf mit sammt der Rinde abgerissene Fasern beobachtet zu haben. Wo nun die Risse dieser Rinde etwas weiter klafften, und mit dem Moder der Verwesung angefüllet waren, da erhob sich eine solche Anhäufung des Schwammgewächses, daß der Schwamm ganz nach Art der eigentlichen

Stipes in nostro specimine plane nullus adfuit. Interim ab aliis et praecipue a gravissimo fungorum scrutatore Bulliardo saepius observatus fuit, tunc nempe cum Gymnocarpium basin versus attenuatum atque gracilescens in stipitis lateralis figuram decrescebat. Sed et nostrum specimen sat angusta basi cortici adnatum fuit, ex qua in caput obtusissimum convexum extollebatur. Sub capite in levissimum colli rudimentum contrahi videbatur et mox iterum in ventrem amplissimum cordiformem, in parte infima paullisper attenuatum dilatatum conspiciebatur. Caput et collum initia solum subularum erectarum et flavescentium exhibebant, occiput fere calvum vel ad summum pubescens dici potuit. A ventre vero circumcirca venerabilis barba subularum candidarum vel in minimo gradu flavescentium dependebat, ita, ut infimae lateralibus duplo et fere triplo longiores essent, et pollicis dimensionem longitudine, diametro vero dimidiam lineam adaequarent. Has ego sectione verticali integras nec fistulosas reperi.

paraſytiſchen Pflanzen aufzuſitzen ſchien. Unſer Exemplar hatte gar keinen Strunk. Unterdeſſen iſt doch von anderen, und insbeſondere von dem ſo ſcharfſichtigen Beobachter der Schwämme Bülliard mehrmalen ein ſolcher beobachtet worden, nähmlich dann, wenn der gegen den Grund zu verdünnte ſchlankere Fruchtſchwamm dergeſtalt abnahm, daß er die Geſtalt eines Seitenſtrunkes erhielt. Jedoch ſaß auch unſer Exemplar mit einem ſehr verſchmälerten Grunde auf der Rinde auf, von da es ſich dann in einen überaus ſtumpfen gewölbten Scheitel erhob. Unter dem Scheitel ſchien es in eine ſehr unbedeutende Spur eines Halſes verengt zu werden, im untern Theile zeigte es ſich nach einer Seite erweitert, und nach der andern etwas zugeſpitzt. Das Haupt und der Hals waren bloß mit einer ſehr zarten Spur hervorkeimender aufrechter und gelblicher Pfriemfädchen bedeckt, das Hinterhaupt war entweder ganz kahl oder doch höchſtens nur feinhaarig zu nennen. Vom Bauche hingegen hieng ringsherum ein ehrwürdiger Bart von ſchneeweißen Pfriemfäden herab, die nur ein klein wenig ins gelbliche ſpielten, ſo daß die allerunterſten zweymal, ja faſt dreymal ſo lang waren als die Fäden an den Seiten und einen ganzen Zoll in der Länge, im Durchmeſſer aber nicht mehr als eine halbe Linie maſſen. Dieſe Fäden habe ich beym

Substantia recentis candidissima et plus quam nivea, compacta, pulposa, solida et fere lamellosa. Dissecta colorem minime mutat, nisi quod per exsiccationem lentam tandem flavedinem aliquam ochraceam induat, quam per aetatem jam et integra facies externa tandem suscipit. Conservavi per menses inter fenestras, nec ullum putredinis initium sequebatur, sed pededentim exsiccabatur et absque minima formae permutatione magnitudinis solius jacturam fecit, ita quidem, ut tandem vix sextam sui voluminis partem retineret.

Bulliardo teste esculentus est et in Gallia, praecipue in Lotharingia sat frequenter in usum culinarium adhibetur. Ex propriis neque saporem neque odorem vel minimum aliquid ingrati aut suspecti reddere testari oportet.

Durchſchnitt niemals hohl, ſondern allezeit voll gefunden.

Die Subſtanz dieſes Schwammes iſt an dem friſchen Exemplar weiſſer als Schnee, dicht, fleiſchig, voll und beynahe ſplitterig. Beym Durchſchneiden verändert ſie die Farbe nicht im geringſten, nur eine lange Zeit und eine allmählige Austrocknung verwandelt ſeine Weiſſe nach und nach in ein mattes Ockergelb, deſſen Farbe jedoch alsdann auch die ganze Auſſenſeite des Schwammes verändert. Ich erhielt ihn Monathe lang zwiſchen den Fenſtern, und es zeigte ſich nicht die mindeſte Spur einer Fäulniß, ſondern er vertrocknete allgemach und ſchrumpfte, jedoch ohne irgend einer Veränderung der Verhältniſſe ſo ſehr zuſammen, daß er endlich kaum den 6ten Theil ſeines Umfanges behielt.

Nach dem Zeugniß des Büllard iſt dieſer Schwamm eßbar, und wird in Frankreich, beſonders in Lothringen häufig zum Gebrauch der Küche verwendet. Ich kann bloß dieſes hinzufügen, daß ſowohl der Geruch als der Geſchmack nicht die mindeſte Spur einer verdächtigen Eigenſchaft verrathen.

XXXVI. HELVELLA LEUCOPHAEA. PERS.

Helvella Leucophaea: pileo libero crispo ex albo pallescente, stipite costato-lacunoso, basi ventricoso. Pers. Syn. fung. II. p. 616. Ej. observ. myc. 2. p. 19. Schaff. fung. bav. t. 282. Pers. Comm. p. 113.

Boletus Leucophaeus. Battarra fung. Arim. p. 25. t. 3. f. 15.

Elvella pallida. Schaff. ind. p. 112.

Helvella nivea. Schrader bot. Journ. St. 3. p. 66.

Helvella mitra alba. Bull. Champ. p. 298. t. 466.

Helvella Mitra. Sowerby engl. fung. t. 39.

Phallus crispus. Scopoli Carn. II. p. 475. no. 1606.

36. Die Herbſtmorchel.

Falſche Morchel. Biſchofsmüze. Krauſer Faltenſchwamm. Bleiche Morchel.

Definitio.

H. Mycelio adiposo, griseo-nigricante tenacissime cum terra permixto;

Encarpio ovato-conico, costato-lacunoso, candido, pileo lacero fusco-pallescente, crispo.

Historia naturalis.

Rarior haec fungi species cum Helvella Mitra ab auctoribus saepius permixta fuit, a qua tamen abunde differt tempore efflorescendi autumnali, stipite majori, basi ventricoso, co-

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs fettlicht, grauſchwärzlich, ſehr zähe mit Erde vermengt;

Der Fruchtkörper Eyförmig-Kegelförmig, mit Rippen und Grübchen verſehen, weiß, mit einem zerriſſenen, blaßbräunlichen, gekräuſelten Hute.

Naturgeſchichte.

Dieſe etwas ſeltnere Schwammart iſt bisher mehrmalen von den Schriftſtellern mit der Biſchofsmüze verwechſelt worden, von welcher ſie ſich jedoch zur Genüge durch ihre herbſtliche Erſcheinungszeit, durch den an-

stato-lacunoso, pileoque dilacerato, mirifice crispo, pallido.

Eo minus praestantissimi Scopolii cineribus accusatio criminis poterit intendi, quod eandem ad Morchellas, quae tum temporis sub Phalli genere militabant, reduxisset. Et forte, quis enim Mortalium futura potest praestituere? — non tantum abest, quod posteri Mycologiae scriptores praesentem Helvellae speciem denuo cum Morchellae genere conjungant? Multa, fateor, mihi consilium indiderunt idem faciendi, sed nolui aliorum judiciis praeverti, vel nimio innovationum amore abreptus videri. Etenim et Morchellae pari modo ac praesens Helvella pulverem seminalem seu sporulas dejiciunt; pileus non aliter apparet in praesenti, ac si Morchellae patulae esset, luxuriositate quadam corruptus atque monstrosus. Stipes non quidem cavus, tamen adeo cellulosus est, ut solummodo parietes interni plicis anastomosantibus convenire et modo sese attingere, modo iterum disjungi videantur. Ceterum et odor et sapor inter utrasque maxime conveniunt et tandem habitus in

sehnlicheren unterhalb Bauchichten mit Rippen und Grübchen versehenen Strunk, und durch den zerrissenen, sehr stark gekräuselten blassen Hut unterscheidet.

Desto weniger haben wir Ursache dem ehrwürdigen Andenken des vortrefflichen Scopoli einen schimpflichen Vorwurf anzufügen, daß er sie zu den Morchellen zählte, welche noch damals unter die Gattung Phallus gehörten. Und wer weiß, ob nicht noch mit der Zeit (denn welcher Sterbliche kann zukünftige Dinge voraussehen?) irgend ein Mycolog die gegenwärtige Art von Faltenschwamm wiederum mit der Gattung Morchella vereinigen werde? Mich selbst, ich bekenne es unverhohlen, brachten vielerley Gründe in Versuchung, dieses zu unternehmen, und ich würde es gewagt haben, wenn ich es nicht für Unbescheidenheit gehalten hätte, andern in der Beurtheilung vorzugreifen und eine allzugrosse Neuerungssucht zu verrathen. Denn auch die wahren Morcheln verstreuen auf eine ganz ähnliche Weise, wie der gegenwärtige Faltenschwamm ihre Schwammkeime in Gestalt eines äusserst feinen Staubes; der Hut der Herbstmorchel sieht nicht anders aus, als ob es ein durch Uiberwachsung ausgearteter und mißgestalteter Hut der Bastardmorchel wäre. Der Strunk ist zwar nicht hohl, er ist jedoch dermassen zellicht, daß es scheint, als ob

fungis minime negligendus adeo similis est, ut quilibet in Mycologia minus expertus, praesenti fungo oculis exposito, profecto nil nisi Morchellam conspicere credat.

Summa consideratione digna hoc loco videtur Analogia inter fungos et Zoophyta! Helvellam Leucophaeam attento animo circumspiciens, Alcyonium spongiosum mihi in memoriam revocatur. Pari negotio variae Hydnorum species totidem Spongias ut genus Agarici Madreporam, Boleti Tubiporam, Clavariae Milleporam, Rhizomorphae Antipathem, Pezizae Tubulariam, Thelephorae Corallinam, Tremellae Celleporam, Geoglossi Pennatulam, Phalli Vorticellam, Clathri Isidem, Isariae Sertulariam, Mesentericae Gorgoniam, Racodii Escharam referre atque imitari videntur. Itaque in mundo submarino non modo sunt sylvae et prata ex ingenti numero Fucorum, Confervarum, Ulva-

nur die innern Wände vermittelſt querer Verbindungsfalten ſich bald berührten, bald wieder auseinander wichen. Auſſerdem ſtimmen dieſe beyden ſowohl im Geruch als auch im Geſchmack ganz miteinander überein, und endlich iſt auch das ganze äuſſerliche Anſehn, welches doch bey den Schwämmen immerhin von groſſer Bedeutung zu ſeyn pflegt, in beyden ſo übereintreffend, daß ein jeder, der in der Mycologie nicht ſehr bewandert iſt, beym Anblick der Herbſtmorchel nichts weiter als eine wahre Morchel zu ſehen glauben würde.

Hier drängt ſich meinem Verſtande die höchſt merkwürdige Analogie zwiſchen den Schwämmen und den Pflanzenthieren unwillkührlich auf. Denn indem ich die Herbſtmorchel ſo allenthalben mit aufmerkſamer Seele betrachte, ſo lebt in ihr auch zugleich das Bild der Spongienartigen Korkcoralle wieder auf. Eben ſo ſcheinen verſchiedene Arten von Stachelſchwämmen gerade ſo viele Arten von Spongien, ſo wie die ganze Gattung des Blätterſchwammes die der Sterncoralle, die des Löcherſchwammes die Röhrencoralle, des Keulenſchwammes die Punktcoralle, des Wurzelſchwammes die Stachelcoralle, des Becherſchwammes die Pfeiffencoralline, des Hautſchwammes das Corallenmoos, des Gallertſchwammes die Zellencoralle, des Zungenſchwammes die Seefeder, des Gichtſchwammes die Vorticelle, des Git-

rum, Ceramiorum, Rivulariarum, Hydrodictyonum et Algarum omnis generis, sed et fungorum ornamenta et quidem longe praestantiora in corporibus animalium vegetantium illis interjecta reperiuntur. Sic Summo rerum omnium Conditori Semetipsum placuit imitari. Sic tandem integra Natura imitatio est infinitae perfectionis, in cujus contemplatione de gradu ad gradum semper altius extollimur, donec tandem, pro valore scilicet cujusvis, ad summum atque immensum fastigium — Inventoris Ipsius, ad fontem Luminis atque incomparabilis Sapientiae pertingamus!

terschwammes die edle Coralle, des Bastardschimmels die Blasencoralline, des Gekrösschwammes die Horncoralle, des Filzschwammes die Seerinde nachzuahmen und vorzustellen. So gibt es dann in dem Ocean nicht allein Wälder und Fluren aus der zahlreichen Menge der Seegräser, der Wasserfäden, der Ulven, Ceramien, Rivularien, Hydrodictyonen und aller Gattungen von Algen, sondern selbst der Schmuck der Schwämme ist hier und zwar noch reichlicher als auf dem Lande in den animalischen Pflanzen zu erkennen. Wir ersehen hieraus, wie es dem Höchsten Weltenerschaffer sich selbst nachzuahmen beliebte. So ist endlich die ganze Natur eine Nachahmung seiner unendlichen Vollkommenheit, durch deren Erkenntniß wir von Stufe zu Stufe stäts höher hinauf gleiten, bis wir endlich, nach Maßgabe unserer Anwürdigung, zum höchsten Gipfel, zum unnennbaren Heiligthume, zum Throne des Erfinders, zur ewigen Quelle des Lichtes und der unvergleichbaren Weisheit gelangen!

Helvellae Leucophaeae Mycelium jam a fungorum Ariminensium traditore Battarra egregie observatum atque descriptum exhibetur. Parenchyla copia non nisi per exsiccationem in fibrillas tenuissimas griseas disjungenda, humum [illegible] quodammodo spissam, atque e fusco et ci-

Das Schwammgewächs der Herbstmorchel hat schon der Geschichtschreiber der Schwämme von Rimini, Battarra vortrefflich beobachtet und beschrieben. Eine beträchtliche Menge von Schwammfeuchtigkeit, nach deren Eintrocknung allein man im Stande ist, einige der allerfeinsten graulichen Fasern zu unterscheiden, verkleistert die Erde gleichsam

nereo nigricantem conglutinat. Ex hujus parte suprema, quae semper in patellae formam excavata observatur, arcte insidens et a patella veluti modulo conceptum, amplum et artificiose exaratum exsurgit Encarpium stipite pileoque absolutum.

Stipes, seu potius Bactridium, pro ratione tempestatis atque caloris, majus minusve, externe pariter ac interne obsolete candidum et sporulis passim veluti pruina undique conspersum apparet. Figura quodammodo lintea madida dependentia atque inordinate convoluta repraesentat. Basi nempe ventricosum, versus apicem attenuatum et tota circumferentia costis modo angustissimis modo in membranae formam dilatatis et vario modo anastomosantibus, parum flexuosis verticaliter percursum, quibus etiam non raro lineae et foveolae longitudinales insculptae conspiciuntur, unam ad 8 uncias altitudinis, 1 ad 2 diametri latioris attingit. Saepe in ambitu ejusdem costae tales seu tendines liberi i. e. superficies perforata observatur. Substantia interna cum superficie penitus congruit. Exsurgunt costae irregulares hinc inde diaphragmatibus horizontalibus ana-

in einen dicken Teig, welcher von Farbe graubraun ist, und auf dessen obern in Form eines Schüsselchen ausgehöhlten Ende der ansehnliche und künstlich gebaute Fruchtkörper wie in einer Gußform mit seinem Grunde eingeschlossen aufsitzet, der dann aus dem Strunk und aus dem Hute bestehet.

Der Strunk, oder vielmehr der Untersatz, welcher nach Verschiedenheit der Witterung und der Wärme bald gröſſer bald kleiner wird, ist sowohl äusserlich als innerlich schmutzigweiß, und allenthalben mit dem feinsten Pulver der Schwammkeime bereift. Seine Gestalt ist gleichsam eine Nachahmung einer herabhangenden unordentlich zusammengewikelten Leinwäsche. Sein unterer Theil ist nähmlich Bauchig, der obere verschmälert und über seinem ganzen Umfange laufen verschiedene nur wenig biegsame bald Schnur- bald Bandförmige Rippen herab, welche sehr oft miteinander anastomosiren und in ihrer Mitte nicht selten von Linien und Grübchen durchzogen werden. Er wird von einem bis an 8 Zoll hoch, und hat 1 bis 2 Zoll im Durchmesser. Zuweilen beobachtet man an ihm einige frey herablaufende Sehnen, das ist, eine Durchlöcherung seiner Oberfläche. Seine innerliche Beschaffenheit ist mit der äusserlichen ganz übereinstimmend. Es steigen nähmlich häufige Rippen in unregelmäſsiger Richtung empor, welche hie und da

stomosantes adeoque cellulas quam plurimas forma et magnitudine diversissimas conformantes, quae tamen in parte inferiori semper copiosiores atque minores quam in suprema sunt. Superne tandem obtusissimo fine terminatur in membranam carnosam pileum repraesentantem pallide fuscescentem et pruina seminali praecipue vertice incanam, quae adeo irregulariter dilacerata, corrugata atque crispata est, ut illam verbis excipere penitus impossibile videatur. Hic interim pileus plerumque ex tribus vel quatuor lobis principalibus consistit deorsum inflexis et facie inferiori magis quam superiori exaratis atque corrugatis.

Edulis est, sed tamen non sine omni periculo, praesertim si specimina siccitate nimis tenacia vel Insectis inhabitata fuerint.

Habitat ad terram inter muscos et gramina in umbra sylvarum frondosarum ad frutices sero virentes, praecipue sub Quercubus. Mensibus Octobri et Novembri efflorescere amat.

durch Querhäute mit einander verbunden werden, und daher sehr viele an Gestalt und Größe sehr verschiedene im untern Theile jedoch weit häufigere und kleinere Zellen bilden. In seinem obern Theile endigt sich sein äusserst stumpfer Gipfel in eine dicke und fleischige Haut, welche einen blaßbräunlichen und zwar allenthalben, jedoch vorzüglich am Scheitel mit dem Fruchtpulver tüchtig bereiften Hut vorstellet, der sich in so unregelmäßige Lappen zertheilet, und so seltsam hin und her gebogen und gekräuselt ist, daß es ganz und gar unmöglich zu seyn scheinet, davon eine Beschreibung zu liefern. Unterdessen besteht dieser Hut meistens aus 3 oder 4 herabgebogenen und auf ihrer Unterseite noch mehr als auf der obern ausgehöhlten und gerunzelten Hauptlappen, die sich nachher in mehr oder weniger kleinere zertheilen.

Die Herbstmorchel ist zwar eßbar, jedoch nicht ohne aller Gefahr, besonders, wenn sie etwa schon zu zähe oder von Insekten bewohnt ist.

Sie wächst auf der Erde zwischen Moosen und Gräsern in Schattenreichen Laubwäldern, unter Gesträuchen die lange grünen, besonders unter Eichengebüsch. Man findet sie im Oktober und November.

XXXVII. AGARICUS (LEPIOTA) SQARROSUS. PERS.

Agaricus squarrosus: cespitosus, pileo carnoso stipiteque squarroso-squammosis, ochraceo-ferrugineis, lamellis confertis olivaceo-pallidis. Pers. Syn. fung. II. p. 268. Ej. Comment. in Schaeff. Ic. fung. p. 25.
Agaricus Dermocybe Pholiota squarrosus. Fries Syst. mycol. I. p. 243.
Agaricus floccosus. Curt. fl. lond. t. 264. Schaeff. fung. t. 61.
Agaricus filamentosus. Schaeff. fung. t. 209.
Agaricus aurivelleus. Batsch. El. fung. p. 153. fig. 115.
Agaricus squamosus. Bull. t. 266.

37. Der ſparrige Stiefelſchwamm.

Definitio.

Ag. Mycelio ligna languentia penetrante;

Encarpio stipitato; stipite fareto, pileoque ochraceo squarroso-squammosis; lamellis fuligineo-pruinosis.

Descriptio.

Species valde anomala, et admodum divulgata per sylvas Europae, modo cespitose ad pedes truncorum languentium propullulans, modo solitaria. Stipes nunc rectus, strictus, nunc adscendens imo horizontalis, farctus, mediocriter firmus, cum pileo continuus, intus pallidus, basin versus fuscescens, ab una ad 6 uncias longus, 2 — 8 lineas crassus, teres, extus sordide flavescens, vel fuscescens undique vestitus

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs das abſterbende Holz durchdringend.

Der Fruchtkörper beſtrunkt; der Strunk voll, dieſer und der Hut ockergelb, ſparrig beſchuppt. Die Lamellen rußfarbig, bereift.

Beſchreibung.

Eine ſehr anomaliſche, durch ganz Europa verbreitete, in Wäldern vorkommende Art, die bald raſenartig am Fuß kranker Baumſtämme vorkommt, bald auch ganz einzeln. Der Strunk iſt bald aufrecht, ſteifgerade, bald aufſteigend, ja ſogar wagrecht, voll, mittelmäßig feſt, in den Hut übergehend, inwendig blaßgelb, grundwärts bräunlich, von einem bis zu 6 Zoll lang, 2 — 8 Linien dick, rundlich, von außen ſchmutzig gelb, oder bräunlich, allenthalben mit zer-

squamis laceris, plus minus squarrosis, fuscis. Pileus in junioribus campanulatus, varius, in adultis expansus, obtuse umbonatus, margine passim involutus, a tribus ad 6 uncias diametro latus, horizontalis, ochraceus, aut flavus, squamis copiosis, pallide fuscescentibus, squarrosis et tandem fibrillosis coopertus, quae umbonem versus minores, obscurioresque apparent. Lamellae trium, quatuorve serierum, sat irregulares, copiosae, vix stipiti adnatae, nisi in junioribus, latiusculae, in junioribus sordide ochraceae, in vetustioribus fuscae, superne caesio-pruinosae, semiunciam latae.

In speciminibus junioribus ocrea per velum cum margine pili conjunctum conspicitur. Annulum nunquam vidi; sed in ligno recens caeso Fagi sylvaticae inveni radicem ultra pedem longam vario modo contortam. Odorem non observavi fortem, sed inamoenum, et fere byssinum.

Crescit ad arbores languentes, Quercos et praecipue Fagos, non multum supra terram, et saepe in receptaculis lignorum ex lignis recens sectis lacte propullulat, non quidem sub terra, sed in horreis aëri perviis. Usus mihi nullus patescit, non suspicor venennatum, sed tamen valde ingratum qualitate styptica.

schlitzten, mehr oder weniger sparrigen braunen Schuppen bedeckt. Der Hut ist mannigfaltig, in der Jugend glockenformig, in den Ausgebildeten ausgebreitet, stumpf genabelt, am Rande öfters eingerollt, 3—6 Zoll breit im Durchmesser, wagrecht, ockergelb, oder rungelb, mit zahlreichen, blaßbräunlichen, sparrigen und zuletzt zerfaserten Schuppen ganz bedeckt, welche gegen den Nabel hinauf immer kleiner und dunkler werden. Die Lamellen sind in drey oder vier Längen abgetheilt, ziemlich unregelmaßig, zahlreich, an den Strunk kaum angewachsen, oder höchstens nur in jüngern Exemplaren, etwas breit, in jüngeren unrein ockergelb, in älteren braun, oberhalb graugrun bereift, einen halben Zoll breit.

In unreifen Exemplaren ist die Schiene durch eine Schleierhaut mit dem Rande des Hutes verbunden. Einen Ring sah ich nie; aber in frischen buchenen Scheitern fand ich eine verschiedentlich gedrehte, über einen Fuß lange Wurzel. Der von mir bemerkte Geruch war nicht heftig, aber unangenehm und schimmelartig.

Er wächst an krankelnden Baumstämmen von Eichen, und besonders von Weißbuchen nicht hoch über dem Erdboden, und öfters in Holzbehaltern, in frischem Holz, nicht unter der Erde, sondern in luftigen Scheunen. Mir ist kein Gebrauch bekannt, ich ziehe ihn nicht in Verdacht giftiger Eigenschaft, halte ihn jedoch fur widrig wegen seiner styptischen Qualität.

XXXVIII. AGARICUS (GYMNOPUS) TRICOLOR.

38. Der dreyfarbige Blätterſchwamm.

Definitio.

Ag. Mycelio cum substantia ligni putridi intime contexto, canescente, tenuissimo;

Encarpio cespitoso, pileo stipitato, tricolori, nitido; lamellis pluriserialibus sordide albidis, in stipitem decurrentibus.

Descriptio.

Inveni ante 25 annos ad ligna putrida quercina in sylvaticis Schoenbrunnensibus. Proximus huic mihi videtur Ag. rutilans. Pers. seu xerampelinus. Sowerby. Caespitose provenit magnitudine varius. Stipites modo recti et stricti, modo adscendentes ab una ad tres, quatuorve uncias longi et a crassitie pennae columbinae usque ad illam digiti, basi parum incrassati, teretes vel subangulati, obsolete sordideque flaveseentes, glaberrimi, apice albi, intus solidi, basin versus virideseentes, in pileum transeuntes modice carnosum, subirregularem, convexiusculum, gibbosulum, in juventutis stadio margine involutum, glaberrimum, nitidum, pulcherrime pictum, nempe circumferentia pallidum,

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs mit der Subſtanz des faulen Holzes innigſt verwebt, weißlich, überaus fein.

Die Fruchtkörper in Raſen vereinigt, der Hut geſtrunkt, dreyfarbig, glänzend; die Lamellen mehrreihig, ſchmutzig weiß, am Strunk herablaufend.

Beſchreibung.

Ich fand dieſen Schwamm vor 25 Jahren an faulem Eichenholz in dem Garten von Schönbrunn. Sein nächſter Anverwandter ſcheint mir der Ag. rutilans Pers. (Ag. xerampelinus Sowerb.) zu ſeyn. Er wächſt in Raſen von verſchiedener Größe. Der Strunk iſt bald gerade und ſteifgerade, bald aufſteigend, von einem bis zu 3, 4 Zoll lang, und von der Dicke einer Taubenfeder bis zu jener eines Fingers, grundwärts etwas verdickt, rund, oder auch faſt eckig, abgeſtorben unrein gelb, ganz kahl, zu oberſt weiß, inwendig voll, und zu unterſt grünlich, in den Hut übergehend, welcher nicht ſehr fleiſchig, faſt unregelmäßig, gewölbt, höckerig, in der Jugend eingerollt, völlig kahl, ſchimmernd, und ſehr artig bemahlt iſt, nähmlich im Umfange bleichgelb, mitten ockergelb —

medio ochraceo-aurantiacum et nigro maculatum, centro nigrum. Lamellae copiosissimae, varii ordinis, albidae, vel pallidissime ferruginosae, ad stipitem emarginatae, et tenuissimis lineolis in illum decurrentes, medio semiuncam latae.

Non recordor, an odorem observaverim nec ne. Usus nullus. Elegantia adeo insignis, ut multarum plantarum coronariarum valorem exsuperet, et quidem eo magis, cum non nisi in locis putredine devastatis, tetrisque appareat.

pomeranzenroth, und ſchwarz bemakelt, im Mittelpunkte ſchwarz. Die ſehr zahlreichen Lamellen ſind von verſchiedener Länge, weißlich, oder ſehr blaß roſtfarbig, am Strunk ausgerandet, und dann in ſehr feinen Linien herablaufend mitten einen halben Zoll breit.

Ich kann mich nicht mehr entſinnen, ob ich daran einen Geruch bemerkt habe, oder keinen. Kein Gebrauch. Die Zierlichkeit iſt ſo vorzüglich, daß ſie jene ſo mancher unſerer Zierpflanzen übertrifft, und dieß um ſo mehr, da dieſer Schwamm nur an häßlichen, von der Verweſung entſtellten Orten wächſt.

XXXIX. AGARICUS (OMPHALIA) COCHLEATUS. PERS.

Agaricus cochleatus: cespitosus, pileo lobato-contorto, rufescente-fusco, lamellis serratis pallescentibus, stipite sulcato-rufo, basi connato. Pers. Syn. fung. II. p. 450.

Agaricus Leucosporus Omphalia Lentiscyphus cochleatus. Fries Syst. mycol. I. p. 177.

Agaricus confluens. Sowerby Engl. fung. t. 168.

Agaricus cornucopioides. Bolt. fungi. tab. 8. *(?)*

39. Der Löffelſchwamm.

Definitio.

Ag. Myceliо gossypino, niveo, late diffuso, et ipsum encarpium transcendente;

Encarpio substipitato, dimidiato, retorto, adscendente; lamellis tenuissimis, pallidis, usque ad basin decurrentibus.

Descriptio.

Fungus facie Pleuropi, lamellis fere Merulii, magnitudine mediocris, forma valde irregularis, non inelegans. Invenitur ad terram e ligno putredine penitus consumto exortam, nec non ad truncos fagineos aliosque putridos, imo profunde e puteo effossum, exsiccatum, et, uti videbatur, per plurimos annos ibidem conservatum e onspexi.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs baumwollenartig, ſchneeweiß, weit verbreitet, und ſelbſt den Fruchtkörper überſteigend;

Der Fruchtkörper faſt geſtielt, getheilt, zurück gerollt, aufſteigend; die überaus zarten Lamellen blaßgelb ganz herablaufend.

Beſchreibung.

Dieſer mittelgroße, ſehr verſchieden geformte, hübſche Schwamm hat die Geſtalt eines Halbſchwammes und die Lamellen eines Aderſchwammes. Man findet ihn aus der Modererde hervorwachſend, wie auch an buchenen und anderen Hölzern, wenn ſie in Verweſung übergehen, ja ich habe ſogar ein Exemplar geſehen, das tief unter der Erde aus einem Schacht ausgegraben, ganz trocken, und wie es ſchien, viele Jahre daſelbſt beſtanden war.

Stipes proprius nullus, sed basis pilei retorta stipitem mentiens, quandoque etiam explanata, adscendens, seu erecta, imo stricta, ulterius dilatata et in pileum revolutum, dimidiatum, cochleatum transiens. Pileus hic ipse, veluti spatha Callae (Zantedeschiae Spr.) aethiopicae convolutus, et circumferentia revolutus infundibuli, seu potius ochreae papyraceae speciem refert. Alia specimina tubum apertum, alia pileum referunt penitus linguiformem, vel vario modo partitum. Substantia carnosa: caro sordide albicans fere in Anisi modum suaveolens. Color pilei alutaceus, vel pallide griseo-lilacinus. Superficies tecta lana araneosa tenuissima e Myeelio continuata, candida. Lamellae angustissimae, copiosissime stipatae, plerumque usque ad basin decurrentes, sordide flavicantes, multiseriales.

Plerumque cespitose progerminat, pileis infima basi connatis, et admodum variis, magnitudine, forma, expansione maxime inaequalibus. Species rara, etsi in maxime dissitis terrae plagis proveniens.

Der Schwamm hat eigentlich keinen Strunk, aber der zusammengerollte Ursprung des Hutes sieht wie ein solcher aus; zuweilen ist dieser Hut jedoch auch ausgebreitet, aufsteigend oder gerade, ja sogar steifgerade, allmählig erweitert und in einen zurückgerollten, gehälfteten, löffelformigen Hut übergehend. Dieser Hut selbst, der wie die Blumenscheide der äthiopischen Beinblume zusammengerollt, und am Rande zurückgerollt ist, hat die Form eines Trichters, oder vielmehr jene einer Papiertute. Andere Exemplare stellen eine geoffnete Röhre, andere einen zungenformigen, oder einen verschiedentlich zertheilten Hut vor. Die Substanz ist fleischig: das Fleisch ist unrein weiß, fast wie Anies riechend. Die Farbe des Hutes ist ledergelb, oder blaß grau-lila. Die ganze Oberfläche ist mit einer spinnenwebartigen, überaus feinen reinweißen Wolle bedeckt, die eine Fortsetzung vom Schwammgewächs bildet. Die Lamellen sind sehr schmal, überaus zahlreich und gedrängt, meist bis zum Ursprung herablaufend, unrein gelblich, vielreihig.

Meistens findet man ihn rasenartig versammelt, in Hüten, die grundwärts mit einander verwachsen, und an Große, Form und Ausbreitung völlig ungleichartig sind. Diese Art ist selten, kommt jedoch in den entlegensten Weltgegenden zum Vorschein.

XL. AGARICUS (PLEUROPUS) NIGRICANS.

40. Der ſchwärzliche Blätterſchwamm.

Definitio.

Ag. Mycelio — — — — — — — — —

Encarpiis aggregatis imbricatis, basi connatis, pulvinatis, repandis, fusco-nigricantibus; lamellis flexuosis, passim subdivisis, albis.

Charakteriſtik.

Das Schwammgewächs — — — — —

Der Fruchtkörper angehäuft, ziegeldachförmig, mit grundwärts verwachſenen, gepolſterten, ausgeſchweiften, ſchwarzbraunen Hüten, und ſchlaffen, öfters geſpaltenen, weißen Lamellen.

Descriptio.

Pertinet ad Friesii Sectionem I^mam^ Leucosporum, Tribum XII^mam^ Pleurotum, Subtribum II^dam^ Conchariam. Proximus Agarico ostreato; sed diversus pileis multo minus carnosis, dilatatis, circumferentia non involutis, fusco-nigricantibus, lamellis multiserialibus, tempore, et statione.

Beſchreibung.

Gehört nach dem Frieſiſchen Syſtem zur erſten Abtheilung, Leucospori, zur zwölften Zunft, Pleuroti, zur zweyten Untertheilung, Conchariae, zunächſt verwandt iſt er mit dem Agaricus ostreatus; er unterſcheidet ſich jedoch auch von dieſem durch die minder fleiſchigen, erweiterten, am Rande nicht eingerollten, ſchwarzbraunen Hüte, durch die vielreihigen Lamellen, durch die Erſcheinungszeit und den Standort.

De Mycelio nil amplius scio, cum ab anno 1805to illum non ulterius conspexerim: illo enim anno mihi adlatus fuit die 19na Martii ad truncum putrescentem Salicis enatus, et in ipso suburbio, Gumpendorf dicto, avulsus. Encarpia plura 5—10, nunquam tam multa ut in Ag. ostreato, basi connata, imbricata, ad 2—3 pollices dila-

Ueber das Schwammgewächs weiß ich nichts mehr zu ſagen, da ich dieſen Schwamm ſeit dem Jahr 1805 nicht mehr geſehen habe. In demſelben Jahr wurde er mir am 19. März gebracht mit dem Bericht, daß man ihn ſo eben an einem faulen Weidenbaum in der Vorſtadt Gumpendorf gefunden habe. Mehrere Fruchtkörper, 5 bis 10, nie ſo viele wie jene

lata, passim modice pulvinata, nonnunquam complanata, horizontalia, margine acuta, subviscida, mediocriter carnosa, saepius sinuata, fusco-nigricantia, margine depallida. Lamellae albae, multiseriales, saepe fuscae, laxae, copiosae, unam ad tres lineas latae, ad concretionem pileorum usque decurrentes.

Odor gratus Agarici campestris, et esus sine dubio pariter edulis ac Ag. ostreatus, qui autumno provenit, cum praecedens vernalis sit.

vom Ag. ostreatus, grundwärts verwachsen, ziegeldachförmig angereiht, 2 — 3 Zoll breit, mäßig gepolstert, zuweilen flach ausgebreitet, wagrecht, am Rande scharf, fast flebrig, mittelmäßig fleischig, öfters ausgeschweift, sind schwarzbraun, gegen den Rand hin erblassend. Die Lamellen sind weiß, vielreihig, öfters gespalten, schlaff, zahlreich, 1 — 3 Linien breit, bis dahin, wo die Hüte zusammenwachsen, herablaufend.

Der Geruch ist angenehm, jenem vom Champignon ähnlich; ich zweifle nicht, daß er eben so genießbar sey als der Drehling, welcher im Herbst erscheint, indeß der gegenwärtige ein Produkt des Frühlings ist.

Tab. II.

Oesterreichs Schwämme.



5. Daedalea quercina. 1. Daed. suaveolens.



Tab. 4.

Agaricus (Gymnopus) anfrians . 6. Agaricus (Pleuropus) salignus.

... pinxit bey Geistinger in Wien. F. S.

Boletus scutiformis — No. 10 Sistotrema versicolor.

bey Geistinger in Wien.

Tab. 6.



No. 11.





No. 12.



No. 11. Morchella Continua

No. 12. Morchell patula

Brunelli pin.



fig. 4.





fig. 5.



fig. 15. Agaricus (Patella) vindobonensis

fig. 17. Agaricus (Lepiota) candicinus

bey Geistinger in Wien.

Patella pin.



No. 17 Boletus luridus

No. 18 Phallus impudicus

bey Geistinger in Wien.

Bernelli pinx



No. 19





No. 20

No. 19. Agaricus (Gymnopus). Mouceron.

No. 20. Agaricus (Lactifluus) pallidus.

bey Geistinger in Wien.

Brunelli pinx.



No. 21. Agaricus (Russula) virescens.
No. 22. Agaricus (Omphalia) epiphyllus.
bey Geistinger in Wien.

Reinelli pinx.

Weber sc.

Tab 12.

No. 23. Boletus (Fistulina) hepaticus.
No. 24. Hydnum repandum.

bey Geistinger in Wien.

Rosalle pinx G. L.



No. 25. Amanita vaginata. pers.
No. 26. Agaricus (Lepiota) colubrinus. pers.

bey Geistinger in Wien.

Reinelli pinx.

No 27. Agaricus (Equestris) mucidus pers.

No 28. Agaricus (Mycena) Markii

Lith. Geistinger in Wien

Ranelli pinx.

No. 31. Agaricus Cortinarius [illegible]
No. 32. Agaricus Coprinus cinereus Pers.

bey Geistinger in W[illegible]

Reinelli pinx.



N° 34.





N° 33.

N° 33. *Agaricus (Russula) rosaceus* Pers.

N° 34. *Boletus edulis* Pers.



N.o 35. Hydnum Erinaceus P. N.o 36. Helvella Leucophaea.





37. Agaricus (Lepiota) sgarrosus. P.
38. Agaricus (Gymnopus) Bicolor

39. Agar Omphalia Cochleatus P.
40. Agar Pleuropus, nigricans

[illegible]

New York Botanical Garden
QK617 .T72 1830
Trattinnick, Leopol/Fungi austriaci dele
3 5185 00002 0139